MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80417-7

AUTHOR:

SCHOBER, ERNST

TITLE:

DE APULEI METAMORPHOSEON COMPOSITIONE ...

PLACE:

HALIS SAXONUM

DATE:

1904

Master Negative #

91-80417-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Schober, Ernst , 1874-
De Apulei Metamorphoseon compositione numerosa; dissertatio... quam... scripsit Ernestus Schober.. Halis Saxonum, ex officina Ehrhardt Karras, 1904.
79 p. 22½ cm.

Thesis, Halle.

Volume of Pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35m REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 1/9/92 INITIALS RD
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1 8.0

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE
APULEI METAMORPHOSEON COMPOSITIONE NUMEROSA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI

PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI

CONSOCIATA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

ERNESTUS SCHOBER

HALENSIS.

HALIS SAXONUM

EX OFFICINA EHRHARDT KARRAS.

MCMIV.

Friderico Blass sacrum.

De Apulei dictione poetica.

De Lucii Apulei Madaurensis ratione scribendi usque ad hunc diem satis multa scripta exstant, et varia iudicia prolata sunt quae fuse percensere eorumque dissensionem copiose statuere hic meum esse non potest, ne impediamur controversiis futilibus.

Sive igitur illius elocutio effertur, ut faciunt alii, summis laudibus, sive, ut alii, castigatur gravissimis vituperationibus, in hoc uno fere omnes viri docti inter se consentire videntur, quod Apuleium insignem artificem et dicendi et scribendi fuisse contendunt qui lingua Latina Graecaque pariter disertus et semper λαμπρότητι dictionis studiosus, a nullo ornatu oratorio temperaverit ideoque omnes figuras rhetoricas cumulate congesserit. Itaque Eduardus Norden in libro egregio cui titulum inscripsit „Die antike Kunstprosa“ [1]) illum scriptorem haud immerito appellavit „den virtuosesten Wortjongleur, den es gegeben hat“ — λογοδαίδαλος Graece nominandus sit — nam: „hier paart sich mit dem ungeheuerlichsten Schwulst die affektierteste Zierlichkeit: Allitterationen, Wortspiele, abgezirkelte Satzteilchen mit genauester Korresponsion bis auf die Silbenzahl und klingendem Gleichklang am Ende“, [2]) quam sententiam ex magno iudiciorum numero libenter affero, quippe quae ab eo sit prolata qui inter viros doctissimos aetatis nostrae studiis oratoriis veterum praecipuam operam dedit et in opere suo multa congessit, unde in hac dissertatione profecimus.

Iam ante disputationem accuratam sagacemque Nordeni constabat Apuleium studia rhetorica quam studiosissime fecisse in officinis sophistarum Graecorum aevi se-

[1]) p. 600. [2]) p. 601.

cundi quos circa Hadriani et Antoninorum tempora summa gloria et auctoritate floruisse scimus. Legas velim quae iam Kretschmann[1]) de exemplis Apuleianis dicit „Eorum (scil. sophistarum minorum) ratio quae vocatur demonstrativa, multa habet communia cum Apuleio. Nam tumida et lasciva dictione nihil nisi aures permulcere studebant, verbis antiquis et Atticis promiscue cum puerili quadam ostentatione utebantur et nova licentius fingebant ad poetarum similitudinem, non verbis solum, verum etiam *numeris* adspirabant.“ Atque sat est cognoscere ex magno testium numero verba Ludovici Friedlaenderi[2]) quibus Apulei ratio concise illustratur: „Apuleius . . . hat es geradezu zu seiner Lebensaufgabe gemacht, in der Kunst der lateinischen Prosa dasselbe zu leisten wie die Sophisten in der griechischen. Auch sein Hauptwerk (Die Metamorphosen) ist ein *sophistisches Schau- und Prunkstück*: auch hier war die Darstellung der Zweck, der Gegenstand nur das Mittel.“

Re vera mirum est, quanta diligentia scriptor leges regulasque quae locupleti orationi pedestri ab illis sophistis Graecis praescribebantur, secutus sit, quippe qui id imprimis postularent, ut sermo solutus

1. variis figuris rhetoricis exornatus esset
2. dictioni poeticae aliquantum similis esset
3. *numerosus* esset.[3])

Quamquam autem illas leges oratorias praeceptaque potissimum sophistarum ab Apuleio servata esse philologi agnoverunt ideoque ad priora postulata demonstranda vario modo apparatum rhetoricum scriptoris adumbraverunt,[4]) tamen neminem eorum

[1]) In dissertatione Regiomontana a. 1889 cui inscripsit „De latinitate L. Apulei Madaurensis“, p. 7.

[2]) Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms III, p. 419.

[3]) Norden A. K. p. 50.

[4]) Koziol, Der Stil des Apuleius, Vindob. 1872; Kretschmann in l. c.; Ioann. Piechotta, Curae Apuleianae, Vratislav. 1872; Chr. Cavallin, De L. Apuleio, 1857; O. Erdmann, De L. Apulei Mad. elocutione, Progr. Stendal 1864; K. Sittl, Die lokalen Verschiedenheiten der lat. Sprache, Erlangen 1882; Volkmann, Rhetorik der Griechen u. Römer; Norden in l. c.

qui elocutioni Apuleianae operam navaverunt, ad hunc diem Metamorphoseon dictionem **„numerosam“**, quam equidem intellego, satis ac recte perspexisse censeo. Neque vero multa ad rem faciunt ea quae a Friderico Gatscha[1]) et nuper ab Alfredo Kirchhoff[2]) disputata sunt de *clausularum* usu quas dicunt „rhythmicas“: immo multa adhuc disputatione digna atque necessaria esse patebit, praesertim cum illi viri docti errare videantur de praecipuo fundamento, quid omnino „numerus“ sit.

Sane dubium non est, quin qui omnino scriptorem eiusque artem atque rationem scribendi subtilem recte percipere atque persentire velit, numerosae quoque compositionis rationem habere cogatur. Quamobrem non possum facere, quin iis qui Apulei elocutionem contemplati numeros plane omiserunt, illam neglegentiam gravi opprobrio dem: sed exstat causa, cur iis quodam modo veniam tribuere liceat. Nam recentissimis demum temporibus studia metrica ac praecipue rhythmica refota et de usu antiquo numerorum sententiae certiores clarioresque quam quas adhuc ex institutionibus scriptisque oratoriis noveramus, promptae et variis quaestionibus virorum doctorum probatae sunt: quorum plerique de clausula rhetorica, certe gravi parte dictionis numerosae, egerunt, tum alii responsionem certarum orationis partium demonstraverunt, denique alii eruere temptaverunt, quae numerose scribendi leges ac praecepta fuerint, etsi, ut absolutam et perfectam rem proponerent, adhuc nondum contigit.

Tamen in tota quaestione praeter dissertationes modo allatas Gatschae et Kirchoffii multa me debere libenter profiteor studiis

Georgii Wuest (De clausula rhetorica quae praecepit Cicero. Dissert. Argent. 1881).

Ernesti Mueller (De numero Ciceroniano. Diss. Kil. 1886).

Ludovici Havet (La prose métrique de Symmaque et les origines métriques du cursus, Paris 1892, et „Cicero, de oratore“ in Rev. de philol. 1893, tom. XVII).

[1]) Frid. Gatscha, Quaestionum Apuleianarum capita tria in Dissert. philol. Vindob. vol. V, 1895, p. 141—190.

[2]) Alfr. Kirchhoff, De Apulei clausularum compositione et arte quaestiones criticae, Diss. Vratisl. 1902, in Annal. philol. Fleckeis. vol XXVIII suppl. p. 1 sqq.

Guilelmi Meyer (Die rhythm. lat. Prosa, 1893 et Goett. G. A. 1893, p. 1—27, ubi de libro Havetiano inscr. „La prose métr. de Symmaque“ disputavit).

Julii Wolff (De clausulis Ciceronianis. Diss. Vratisl. 1901).

plura Henrici Bornecque, illustris discipuli Havetii (La prose métrique dans la correspondance de Cicéron, Paris 1898, et „Quid de structura rhetorica praeceperint grammatici atque rhetores Latini“, Thesis Lat., Paris 1898, et „Les lois métriques de la prose oratoire latine d'après le panégyrique de Trajan“ in Rev. de philol. 1900, p. 201 sqq.).

Eduardi Norden (Die antike Kunstprosa vom 6. Jh. v. Chr. bis in die Zeit der Renaissance, Leipzig 1898, et „De Minucii Felicis aetate et genere dicendi“. Progr. Gryphisw. 1897).

plurima vero Friderici Blass, qui vir doctissimus numeros, ex Thrasymachi Chalcedonii aetate per omnia fere opera scriptorum oratorumque Graecorum cultos, summa doctrina perscrutatus permulta sagacissime observavit observataque exemplis largissima manu allatis firmavit. Iam in libro egregio quem de eloquentia Atticorum scripsit,[1]) nonnulla de *numero* protulerat, postea vero usque ad hunc diem quaestionem illam variis disputationibus librisque promovit („De numeris Isocr.“ Progr. Kil. 1891; „Der Rhythmus bei den att. Rednern“, Annal. philol. vol. V, p. 423 sqq.: „Kritische Bemerkungen zu Platon's Phaidros“, Herm. 1901, vol. XXXVI, p. 580 sqq.) atque summam sententiae suae expressit in libro cui inscripsit „Die Rhythmen der attischen Kunstprosa: Isocrates, Demosthenes, Platon“. Leipzig 1901, et in praefatione editionis „Epistulae ad Hebraeos“, 1903, ubi certas numeri leges concise congessit (cf. etiam „Die Textüberlieferung in Demosth. olynth. Reden“, Annal. philol. Fleckeis. 1902, p. 708 sqq. et „Die rhythm. Komposition des Hebraerbriefs“, Theolog. Stud. u. Krit. 1902, p. 410 sqq.).

Quantopere igitur Blass de numero antiquo cognoscendo meritus sit, dubium non est: atque libenter confiteor me potissimum in eius vestigiis ingressum multa quae de oratione numerosa praedicavit, in usum dissertationis meae convertisse.

---

[1]) Ed. altera 1892.

Itaque studia ad numerum pertinentia larga exstant certeque nostris temporibus multum promota sunt, tamen repeto longe abesse, ut ad finem sint perducta, et mox multa nobis occurrent, de quibus quicunque regulas rhythmicas statuere conati sunt, adhuc inter se dissentiant atque in dubio haereant.

Sed quoquo modo res se habet, de una re inde ab initio omnes, nixi testimoniis veterum grammaticorum et oratorum, inter se congruunt praecipuum praeceptum dictionis numerosae omninoque orationis solutae id esse, cavendum quam maxime, ne scriptor in poeseos vestigia neve in versus incidat, velut H. Bornecque[1]) expressis verbis pronuntiat: „Le seul précepte absolu que nous donnent non seulement Cicéron, mais les autres grammairiens,[2]) est d'éviter que la fin d'une phrase ressemble à une fin de vers ... on termine rarement une phrase par un mot qui constitue une fin de vers.“ Atque idem in alia dissertatione[3]) eousque progreditur, ut nixus veterum testimoniis, exemplis allatis certas regulas non solum clausularum, verum etiam initiorum et mediarum periodorum proponeret quibus oratio numerosa (i. e. la prose métrique) subiecta fuisset, velut de periodorum initiis haec iudicat:[4]) „Qu'il faut éviter que le commencement de la phrase ressemble au commencement d'un vers, d'un vers usité, cela va sans dire“, vel de structura mediarum sententiarum:[5]) „Qu'il faut éviter une suite de pieds ressemblant à un vers.“

Quae Bornecque praeter ea de ratione eorum pedum qui in periodis ineuntibus optime usurpati sint, ibidem notat velut: „Il faut commencer par une longue ou à défaut par deux brèves, monnaie d'une longue“, vel „Il faut rechercher de préférence au commencement de la phrase le spondée, dactyle, crétique ou le péon premier“, vel alia, nondum satis mihi videntur

---

[1]) Prose métrique § 408.

[2]) Locos huc spectantes idem vir doctus in thesi citata „De structura rhetorica etc.“ commodissime collegit.

[3]) Les lois métriques de la prose oratoire d'après le panégyrique de Trajan. Rev. de phil. 1900, p. 201 sqq.

[4]) p. 204, no. II.

[5]) p. 204, no. I.

probata licetque in hac disputatione praetermittere, praesertim cum philologus Francogallus ipse ad hanc quaestionem difficilem atque incertam haec dubitanter adiecerit:[1]) „J'ajoute que ce soin du commencement de la phrase ou tout au moins du milieu n'était peut-être qu'un raffinement de lettré qu'on retrouvera dans quelques ouvrages seulement. Je ne serais pas éloigné de le penser en raison des difficultés dont malgré tout l'écrivain doit triompher et qui s'opposent à ce que les lois soient facilement applicables dans les oeuvres improvisées comme des discours."

Ergo revertamur ad illum praeceptum certum atque probatum scriptorem modum quendam numerumque in oratione servare, versus autem fugere necesse esse cf. Cic. Brut. 32, vel respice verba notissima Aristotelis[2]) „*Ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή· ποίημα γὰρ ἔσται.*" cf. Norden, A. K. p. 53. Etiam partes versuum seriesque pedum poeticorum in oratione inseri Quintilianus expressis verbis vetat cf. Instit. Orat. IX. 4, 72 sqq.[3])

Attamen Cicero ipse qui inter scriptores Romanos primus de numero accurate disputavit, concedit nonnunquam per imprudentiam versus in orationem influere: „Quod versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus, senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus; magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio."[4]) Atque ibidem[5]) Hieronymum Peripateticum ex libris Isocratis triginta versus elegisse legimus:[6])

---

[1]) p. 235.

[2]) Rhet. III, 8.

[3]) Volkmann, Rhet.[1] p. 444 nixus loco Quintiliano (Inst. Orat. IX, 4, 72) dicit „So angenehm der Rhythmus, so fehlerhaft ist das Metrum in der Prosa: daher sind ganze Verse, selbst bloſs Teile von Versen, namentlich Versanfang am Anfange und Versschluſs am Schlusse einer Periode durchaus zu vermeiden". Blaſs, Praef. epist. Hebr. p. 7: „Das ist nun noch hervorzuheben, daſs Metra wie Hexameter und Trimeter der Prosa widerstreben, und von allen Theoretikern, von Isocrates ab, entschieden verboten worden. Aber auch längere Folgen gleicher Füſse, etwa von Dactylen oder Iamben, wird man vergeblich suchen."

[4]) Cic. Or. 189, cf. etiam Quintil. Inst. Orat. IX, 4, 74 sqq

[5]) Or. 190.

[6]) Cf. Blaſs, Rhythm. d. att. Kunstprosa p. 154.

nimirum in multis veterum scriptis integros versus latere scimus, veluti Taciti Annales ab hexametro incipere satis notum est.[1])

Quid autem de Apulei Metamorphosibus dicam? Num operi eius „per imprudentiam", ut verbis Ciceronis utar, tot poetica quot infra copiose expositurus sum, illabi potuerunt: tot initia, tot clausulae, tot aliae orationis partes versibus simillimae, tot versus integri?

Num omnino hic scriptor solum secundum nota praecepta oratorum rhetorumque, praecipue Ciceronis et Quintiliani, iudicandus est? An vero ob praecipuam illam legem persaepe neglectam iis scriptoribus eum non adscribendum esse putabis qui compositioni numerosae operam dederunt?

Quae res clarior fiet, dummodo iterum ea in memoriam revocemus quae supra p. 2 notavi, Apuleium neosophistarum rationem artemque scribendi secutum summoque studio aemulatum esse atque eam quam accuratissime minutissimeque in scriptis ostendisse. Unde non mirabimur Madaurensem mixturam elegantem sermonis et pedestris et poetici composuisse, cum occasione oblata — nonnumquam ne oblata quidem, ut videbimus — oratione partim poetica, partim plane vulgari, partim mixta uteretur, quam scriptoris naturam L. Friedlaender[2]) insigniter sic delineavit: „Freilich hat es Apuleius in ungewöhnlicher Weise verstanden, die Doppelnatur des poetisierenden Rhetors, des in Prosa darstellenden Dichters festzuhalten."

Quocum conferas velim quae iam C. Cavallin[3]) de sophistarum ratione disseruit, cum Metamorphoseon auctorem studiosissimum eius aemulatorem appellaret: „Erat igitur haec sophistarum ratio inter poesim et prosam eloquentiam quasi interiecta." Tantopere enim sophistae, in quorum officinis Apuleius instructus est, orationem pedestrem poetarum locutionibus exornabant, ut nos eorum dictionem merito „prosam poeticam" nominemus, cuius rei liber Flori adhuc testis est.

---

[1]) „Urbem Romam a principio reges habuere". Per eandem formam poeticam „habuere" prima fabulae Psyches sententia concluditur. unde sublimitas indolesque poetica argumenti illustretur.

[2]) Sittengesch. Roms III, p. 421.

[3]) De L. Apuleio, Lundae 1857, p. 15.

Quid igitur mirum, quod Apuleius qui per se natura indoleque poetica praeditus fuisse videtur, facere non potuit, quin non modo poetarum voces ac formas,[1]) sed etiam metra vel ipsos versus operi suo inferret? Tunc enim ars rhetorica poesin extinguere vel potius in suam provinciam transferre temptabat.

Quod vero ad Apulei ingenium poeticum attinet, id a Friedlaendero[2]) ita describitur: „Dafs Apuleius eine poetisch beanlagte Natur war, wird niemand bestreiten; er war es wohl in höherem Mafse als der gröfste Teil der uns bekannten nachaugusteischen Dichter: schon die Wahl eines Volksmärchens, Amor und Psyche,[3]) zum Gegenstand der Darstellung und dessen liebevolle Behandlung zeigt ein in jener Zeit wohl sehr seltenes Verständnis auch für die wilden Blumen der Poesie, welche die poetischen Kunstgärtner und deren Bewunderer vornehm ignorierten.“

Atque ex Apulei Floridis[4]) elucet eum variis poeseos generibus incubuisse et „carmina ut Empedoclem, dialogos, hymnos, modos ut Epicharmum, historias ut Xenophontem, satiras ut Crateta composuisse“; praeterea conferas quae Lucianus Mueller in libro „De re metrica poetarum Latinorum“ inscripto[5]) notavit „Ac primum quidem Apuleium satis constat in libro Ludicrorum

[1]) Nonnulla de Apulei dictione poetica locutionibusque ex variis poetarum carminibus depromptis protulerunt Koziol, Kretzschmann, Erdmann ll. cc. Praeterea Gatscha l. c. probare studuit, quatenus scriptor a poetis aetatis Augusteae atque imprimis a Vergilio et Ovidio pendeat, in capite primo inscr. „De Apuleio studioso poetarum Latinorum lectore.“

[2]) l. c. p. 420.

[3]) Nuperrime Ed. Norden arte quadam varias subtilitates dictionis Apuleianae vertendo exprimere conatus est, (Apuleius' Märchen Amor und Psyche, übertragen von Ed. Norden, Leipzig 1902) de quo libro G. Ammon in Ephem. Berol. philol. a. 1902 no. 44 hoc iudicium fert: „Auch der Rhythmus und die vielen Homoioteleuta des Originals sind gut wiedergegeben, sodafs selbst ein des Lateins Unkundiger eine Vorstellung von jener eigenartigen Wortkünstelei gewinnen kann.“

[4]) p. 12, 2 sqq. et 34, 3 sqq. ed. Hildebr.

[5]) Ed. alt. 1894 p. 91.

iambis usum Italicis. Ex quibus ipse versus quosdam servavit in apologia.“[1])

Quid, quod iam priorum saeculorum viri docti dictionem Apuleianam nonnumquam usque ad versus processisse recte cognoverunt, immo passim versus suspicati sunt atque typis expresserunt, ubi re vera non erant? Veluti de initio libri primi Metamorphoseon in praefatione editionis Bipontinae[2]) haec exstant verba: „Multos passim in Metamorphoseon libris versus latere qui neglecti et pro libera oratione habiti duri quid praeferant et amoenum observat Lipsius II 11 elector. Sic statim initio libri primi Metamorphoseon versus iambicos observavit Beroaldus et Rutgersius, et auctoritate Florentini codicis ac veteris glossae interlinearis in sua editione reponi curavit Elmenhorstius, etsi hoc minus probatur Pricaeo, in cuius tamen editione ibidem versus, sed invito Pricaeo expressit typographus.“ Etiam Hildebrand[3]) qui de libris Apuleianis optime meritus est, in adnotatione editionis[4]) de hac re quaedam disputavit.

Quaeritur qui sit factum, ut Apuleius cuius compositionem *numeris* accurate adstrictam esse videbimus, multos versus integros vel versibus similia operi suo insereret, quibus praecipuam legem dictionis numerosae violavisse videatur.

Cuius rei haec causa est aperta: plerumque scriptor nimiam diligentiam rationemque numeri habuit studioque rhythmice componendi commotus est, ut parium syllabarum repetitionem fere ad poetarum metra extenderet et quasi inopinatus numerum et poesin inter se confunderet. Recte vero Kirchhoff[5]) Apuleium potissimum in sublimi dicendi genere numeri nimia accumulatione abusum interdum etiam versus integros formavisse animadvertit, etsi

[1]) Cf. Baehrens, Fragm. poet. Rom. p. 376 sq.

[2]) Ed. Bipont. a. 1788, p. XXIV.

[3]) Ed. Metam. Lips. 1862, vol. II, operum omnium. Recentissimam Metam. editionem curavit J. van der Vliet, Lips. 1897, unde in hac dissertatione locos tractandos afferam.

[4]) p. 3.

[5]) p. 3 haec dicit: „Sed neque difficile intellectu neque probatu est numeros ab Apuleio in sublimi dicendi genere quo in orationibus et artificiosis descriptionibus — *ἐκφράσεις* dico — usus sit, valde adpetitos esse; interdum etiam versus integros formavit.“

exempla quae vir ille doctus attulit, parcissima ac ne perspicua quidem primo auditu sunt. Iam A. Schmidt[1]) numerum oratorium perscrutatus fere eadem cognovit qui, cum ex orationibus Demosthenis et Isocratis nonnullos versus congessisset, haec adnotavit: „Diese Beispiele von metrischen Stellen bei Demosthenes und Isocrates sollen nun nicht beweisen, dafs die Verfasser absichtlich Verse einfliefsen liefsen, aber das können sie beweisen, dafs die Verse in gröfserer Anzahl leicht dann sich einschleichen, wenn der Schriftsteller sorgfältig ist in Bezug auf Rhythmus und Wohlklang.“

Quae sententia ad Apulei Metamorphoses relata *inquiramus qui versus integri, quae ex poetarum ratione exstent formata initia aut clausulae aut mediae orationis partes*: largam vero messem inde faciemus.

Ex magno numero versuum *hexametrorum*, incomptis plane omissis, hos elegi:

I 8 et divina potens caelum deponere, terram (IV 23 maerentem et crines cum veste sua lacerantem) VII 24 matutino me rursum puer ille peremptor VIII 3 oro, sollicitis animis intendite, quorsum VIII 7 multivagi casus solacia nectere, cunctis VIII 10 de furtivo concubitu noctemque et opertas IX 3 Iamque ultro foribus patefactis plenius an iam XI 13 comparet.[2]) populi mirantur religiosi XI 28 ipsum praeceptum fuerat specialiter. an tu.

In duos *pentametros* quorum quidem structuram a metricis vix probatum iri concedo, incidi:

III 6 vel proprias inter nos inimicitias VII 3 praecedens semel ac saepius immodice.

Metrum pentametrum in mediis verbis latere patet:

III 8 (ad)surgit et ad populum talia de scelere; aut diluцide: IV 8 (plu)res numero iuvenes adveniunt alii; vel X 4 (in)sontis privigni praeparat exitio; denique XI 5 (speci)e ritu vario nomine multiiugo; similiter *hexameter* integer in his verbis inest: VIII 10 (inter)dum taciti clandestinos coitus obeamus.

[1]) „Zur Lehre vom orator. Numerus“. Progr. lyc. Mannheim. 1858.
[2]) Sic Vliet pro lectione tradita „comparuit“ scripsit.

Metamorphoseon indolem poeticam hi *versus iambici et trochaici* bene ostendunt:

I 1 exordior quis ille paucis accipe 8 extrema sustinere si quid est tamen IV 31 formonsitatis aemulatione fabula gemens (tetram. iamb.) V 5 viduata nec sororibus quidem suis V 22 ante lectuli pedes iacebat arcus et pharetra (tetram. troch.) VI 6 et ceterae quae dulce cantilant aves VII 25 meaeque testimonium innocentiae IX 24 acerrimo gravique odore sulpuris XI 27 discrimen interesse maximum: prohinc.

Plura addere facile est: tamen haec sufficiant.

Quantopere Apuleius illud praeceptum rhetoricum quo periodorum initia, clausulas, medias partes versibus similia componere aut longa serie parium pedum exstruere scriptor vetatur, in Metamorphoseon libris despexerit, largis exemplis comprobari potest.

En nonnulla *initia periodorum dactylica*:

I 5 Nec vos ulterius dubitabitis II 18 Nec tamen incomitatus III 2 Nec mora cum passim populus procurrens (caveae conseptum mira celeritate complevit)[1]) IV 8 ac iam cetera semiferis Lapithis Thebanis (Spondiacus) IV 19 Nec mora cum numerosae IV 31 Talis ad Oceanum pergentem V 3 Nec quemquam tamen illa videre poterat V 7 Nec mora cum ille parens imperio V 28 Prome agedum quae sola mihi servis VI 1 Interea Psyche variis iactabatur discursibus VI 8 Iamque fores eius dominae proximanti VI 31 Hunc igitur iugulare VIII 4 Quid tamen in capreis feritatis est? VIII 13 Sed Charite capulum VIII 18 Quid miseros homines IX 1 et mediis lanii manibus IX 42 Magnus denique continuo clamor X 2 cum videas aliquem sine corporis.

Deinde *series quasdam dactylicas in mediis periodis aut in clausulis congerere operae pretium est*:

I 15 ostium humi cubitans etiam nunc semisomnus I 19 (tur)baverat ut mihi nocturnas etiam Furias illas — eximie metuens mihi per diversas I 25 florem Thessalicae regionis ad instar solitudinis II 7 vel modice meus igniculus II 8 (capil)lo

[1]) Nota duplicem allitterationem quam vocamus.

spoliaveris et faciem nativa specie III 9 (su)um super ipsa cadavera porrigunt III 11 (un)quam patietur ut ex animo doleas sed frontem V 6 (Sic) ille novae nuptae precibus veniam tribuit V 22 tanti flagitii manibus temerariis — (aure)i genialem caesariem ambrosia temulentam VI 9 (cete)ris tormentis excruciatam iterum dominae conspectui VI 12 (per)cussis frondibus attigui nemoris lanosum aurum r. VI 27 clamosis ululatibus auxilium validioris VII 17 (ve)rum Fortuna meis cruciatibus insatiabilis VIII 4 totos praecingunt aditus tacitaque prius servata IX 1 (convivi)um placidum simili petulantia X 1 sollicite proficiscitur.[1] X 3 (Er)go miserere tua causa pereuntis nec te X 27 (u)xor medici pretium geminae mortis XI 6 (isti)us corio te protinus exue (claus.) XI 22 advenisse diem mihi semper XI 29 tecum nunc saltem reputaveris exuvias deae.

Deinde liceat afferre hos *cursus pedum parium* veluti *choriamborum*: III 27 (de)ae simulacrum residens aediculae V 10 officiosam faciem sed medicae VI 19 Altera enim perdita lux haec tibi pror(sus) X 33 civibus ignominiae perpetuae X 34 in meliorem maculatae speciem canitiem (propriam) XI 29 quod numerosa serie religionis quasi quic(quam).

Vel *anapaestorum*: I 4 minimo minus interii I 17 studio rapiendi aliquid (clamore) II 26 scapulas alius cubitis VI 6 (cu)biculum dominae stabulant IX 35 modicae casulae domino.

Nimia repetitio *versus Adonii* digna est quae hic citetur: VI 11 si | id tolerare | pro genuina | simplicitate | pro que animi tu|i.

Vertamur ad usum clausulae heroicae —◡◡—⏑ quippe quae per se orationi colorem quendam poeticum tribuat. Quamobrem iam ab oratoribus et rhetoribus frequens usus illius clausulae reiiciebatur atque illa re vera fere ab omnibus scriptoribus dictioni numerosae studiosis aut minime aut raro usurpabatur.[2]

1) Hic tres dactyli clausulam formant.

2) Wolff in dissertatione quam de clausulis Ciceronianis scripsit, immerito eo progreditur, ut fere omnes clausulas heroicas in Ciceronis libris exstantes coniectando delere conatus sit, etsi eum in libris iuvenilibus numerum nondum nimis coluisse concedit. De clausula heroica vitanda cf. ll. cc. Wuestii Muelleri Bornecquii.

At Apuleius, sicuti in tota scribendi ratione liber vel lascivus videtur, ita hac lege oratoria neglecta, etsi numero ardenter incumbebat, summa cum licentia clausulam Adoniam adhibebat, ut inter clausulas Metamorphoseon quarum summa 2320 est, 136 dactylicae exstent.[1]

Neque tamen in hac re auctor plane sine consilio vel temere egisse putandus est, sed examinatis exemplis id *contendere non dubito, eum in orationibus libentissime clausulae heroicae indulsisse*, ac non solum in sermonibus per se sollemnibus, veluti in precibus aut verbis deorum, sed etiam in cotidianis vulgaribusque:[2] testes sunt hi loci I 4. 15. 21. 24. II 5. 25. III 5. 8. 13. 16. 18. IV 17. 26. 27. VI 26. 28. 32. VII 5. 5. 22. 23. 27. 27. VIII 10. 10. 23. 25. IX 17. X 3. 9. 26.

Non mirum est in fabula Psyches et Amoris, quam nonnunquam poesim fere aequare constat, clausulam heroicam abunde exstare et in orationibus deorum, dearum, personarum sublimium praecipuum locum tenere: inspice haec exempla IV 34. 34. V 6. 6. 7. 10. 11. 13. 14. 14. 17. 24. 28. 29. 29. 29. 31. VI 2. 4. 9. 11. 19. 19. 20. 22.

Bis vel saepius in singulis capitibus bellae fabellae illum exitum legi videmus. Gravitas autem atque vis illius clausulae augetur, ubi metrum —◡◡—⏑ *unius verbi tenore* exprimitur, veluti II 25 experiaris VI 26 praecipitabo VIII 23 subiciemus. Immo vero incidi in magnum numerum *clausularum heroicarum quibus etiam plures pedes dactylici anteeunt*, unde quantopere Apuleius regulam de pedum parium poeticorum serie vitanda despexerit, apertum fiat.

II 8 (Cupidi)num populo comitata III 15 laetitia recreata III 19 Herculei numerare IV 16 (ab)usi praesidio tenebrarum IV 26 de medio matris gremio rapuere IV 27 me pedibus fugientem alienis[3] V 3 (cho)rus tamen esse pateret V 17 (tu)is misere cruciamur V 21 eximie metuentes V 29 (scili)cet

1) Secundum clausularum tabulam, quam Gatscha l. c. p. 170 composuit.

2) Cf. verba quae Lucius cum itineris comitibus, Fotide, hospite, aliis facit.

3) Vliet in arte critica per se nimis libidinosus atque audax, hoc loco transpositionem supervacaneam textui Metamorphoseon inseruit.

tolerarem inimicam VI 19 insidiis orientur VII 5 formidant alii meliorem VII 22 inspersu dominis referemus VII 23 (mi)nisterio patientes VII 26 (lo)quendi copia suppeditaret VIII 1 (fu)it Charite nobisque misella VIII 8 (dolo)rem lacrimae satiarent VIII 10 (clan)destinos coitus obeamus VIII 25 (di)vinum deiciat simulacrum IX 4 (periclitanti)um placide patiebar[1]) IX 29 (contempti)one etiam stimulata IX 33 coepit continuo comitari[1]) XI 18 (de)sperata ipse etiam facie recreatus XI 28 (in)ter sacrum et saxum positus cruciabar.

Denique de frequenti repetitione pedum creticorum quae per totum opus Apulei perspicua est, breviter disputandum est, praesertim cum ad hunc diem eius ratio nondum satis habita sit; nam quae Gatscha[2]) attulit exempla clausularum creticarum — unus locus quattuor, duo loci ternos pedes creticos complectuntur — haud multum possunt probare.

Etiam pedes cretici, ubi plures conseruntur, quamquam in poetarum carminibus non solent reperiri, aliquid poetici et fere metrici prae se ferunt orationemque exornant redduntque vividam atque sublimem, quocum conferas ea quae Blafs[3]) de creticis μιμητικοῖς quibus initium orationis Demosthenicae, de corona habitae, abundat, exposuit.

In Apulei vero Metamorphoseon libris cretici non solum in clausulis, sed etiam in periodorum initiis et mediis partibus crebro leguntur: quos pedes tum eo magis eminere auribusque occurrere manifestum est, cum singuli cretici per singulas voces exprimuntur, velut II 7 vasculum floridis palmulis IV 19 singuli fustibus lanceis IV 22 terminum poculis aureis IX 21 pessimum pessime perduint[4]) XI 6 terminos ultimi spiritus.

Quanti momenti creticus in clausularum compositione fuerit, inde apparet, quod clausulam bicreticam ab omnibus scriptoribus qui orationi numerosae studuerint, plerisque finiendi generibus[5]) antelatam esse iamdudum demonstratum est. Atque G. Meyer, in libro p. 6 citato, vim creticorum in clausulis supra

[1]) Cf. allitterationem.
[2]) l. c. p. 167.
[3]) Rh. d. att. Kunstpr. p. 167 sqq.
[4]) Nota egregiam allitterationem.
[5]) Dichoreo fortasse excepto cf. Norden A. K. p. 930.

modum auxit, eo progressus, ut pedis cretici fundamento nixus totum systema clausulae rhetoricae explicare temptaret. Tum etiam Gatscha, Meyeri studiis commotus, in dissertatione „De Apulei sermone numeris adstricto“ scripta, enucleavit in clausulis Metamorphoseon exitum creticum multo praedominari[1]) interque centenas clausulas sexagenas binas fere creticas esse contendit. Porro Julius Wolff l. c. clausulam creticam in Ciceronis libris insignem locum tenere exposuit variisque exemplis probavit creticum ante quaedam genera conclusionum persaepe positum esse, potissimum ante clausulam ditrochaicam, nonnunquam etiam ante clausulam hypodochmiacam –⏑–⏑∼.[2])

Quid omnino de clausulis Apuleianis iudicandum sit, infra in alio capite copiose disputabitur: nunc de creticis abunde in Metamorphosibus exstantibus agitur.

Iam G. Meyer l. c. de usu creticorum haec bene notavit: „In der Dichtkunst ist dieser Fufs nicht gut zu gebrauchen und nicht viel gebraucht; um so geeigneter ist er für die Prosa, und die alten Redekünstler haben dies oft von ihm gerühmt.[3])

Quantopere Apuleius creticis faverit, haec tabula testis est.[4])

[1]) In tabula clausularum Metam. quam adiecit, inter 2320 clausulas 1432 exstare creticas notavit. At respiciendum est illum virum doctum longas syllabas, poetarum leges secutum, solvere non vereri et duo genera clausularum creticarum distinguere, alterum genus, ubi creticus in sede ultima, alterum, ubi in sede paenultima positus est.

[2]) Zielinski dissertationem Wolffii recensens D. L. Z. 1901 no. 51/52 dicit: „Also gingen sämtliche Klauseln in die eine auf, den Kretikus, mit nachfolgender 2 bis 5 silbiger trochäischer Kadenz –⏑–|–⏑ – ⏑ –. Damit ist auch die natürliche Reihenfolge der Einzelklauseln gegeben, sowie der stellvertretende Molossus von der 2. Klausel an (–⏑–|–⏑– ⏑ –) aus dem Geiste der antiken Metrik erklärt, wonach der letzte vollständige Fufs rein zu bleiben hat.“ Revera dichoreus = creticus + una syllaba est; neque vero clausula –⏑––∼ nihil aliud est ac duo cretici — una syllaba!

[3]) Terent. Maur. V 1434 sq. G. L. K. VI 368 „Optimus pes et melodis et pedestri gloriae.“ Quintil. inst. or. IX 4. 107 „Creticus et initiis optimus et clausulis.“ Cf. Victorin. de comp. apud Rufinum, de num. orat. G. L. K. VI 573. 18 et Jul. Victor, art. rhet. c. 20 p. 433 ed. Halm.

[4]) Eos tantum locos exscribo qui non minus quam ternos pedes creticos exhibent.

I. Cretici in periodorum vel membrorum initiis:[1]

I 2 qui velim | scire vel | cuncta vel | (certe) 3 Tunc
ego in | verba fi|dentior 14 Commodum | limen e|vaserant |
et fores 22 Adside|bat pedes | uxor et | (mensa) II 3 Absit,
in|quam, parens | ut Milo|nem hospitem | (sine) 12 qui dies |
copulas | nuptia|rum 26 Commodum | noctis in|ducias III 14
quam tuam | plumeam | lacteam|que V 25 Hircuo|sus deus |
sauciam | (Psychen) VI 29 Sed nec in|ter cibos | delica|tos et
o|tium VII 13 Quos quidem | colliga|tos adhuc 27 Est enim |
congruens | pessimis VIII 7 Illum ami|cum coae|taneum | con-
taber|nalem 26 Haec et hu|iusmodi | mutuo IX 26 Haec
recen|sente pi|store iam | (dudum) 31 Iamque no|no die | rite
com|pletis 33 Nec mora|tus meus | sacculo — Iamque iis |
poculis | mutuis X 5 qui vian|ti mari|to domus 6 nescius |
fraudium | pessimae 7 Haec ad is|tum modum | gesta com|-
pluribus | mutuo 23 Nec grava|te magi|ster meus | (voluptates)
24 sed de ip|sa fide | pessime 35 dum magi|ster meus | lectulo
XI 26 quam dies | inseque|batur I|duum — et quie|tem meam |
rursus in|terpellat.

II. Cretici in clausulis orationis:

1. Terni pedes cretici in clausula leguntur, ultima
syllaba ancipiti:[2])

I 1 lector in|tende lae|taberis II 9 verticem | nodus ad|-
traxerat 11 (vespe)ra lucer|nam intuens | Pamphile 25 (ia-
centi)bus quis es|set magis | mortuus IV 1 hortulum | iam fame |
perditus 11 (for)tem latro|nem super|vivere 13 (ve)natio|nis re-
cep|tacula 18 noctis in|lunio | tempore 19 in domo | visa pro|nun-
tiat 26 non rapi|nae manus | adferunt V 6 ingerens | verba
mul|centia | et | inserens | membra co|gentia VI 15 (culmi)nis
dia|les vias | deserit 24 (Pa)niscus ad | fistulam | dicerent VII 26
sectio|nem meam | flagitat VIII 18 univer|si tamen | saucii 20

[1]) Cf. p. 5 ubi creticum in initiis commendari Bornecque dicere
commemorari.

[2]) Cf. Cic. Or. 217 „Nihil enim interest dactylus sit extremus an
creticus, quia postrema syllaba brevis an longa sit ne in versu quidem
refert.“

vivere il|lum quidem | sentiam IX 6 (de)scendit in | dolium |
sedulo 21 *p*essimum | *p*essime | *p*erduint 32 (con)tentus um|-
braculo | degeret 34 (cae)lestium | lenien|dis minis X 5 pessi-
mae | feminae | filius 8 quo semel | conditis | calculis 12
(e)umque com|plexus ar|tissime 23 libera|lissime | traderet 32
Lydios | dulciter | consonant XI 3 (fa)cundiae | submini|straverit
27 occupa|to sedi|li meo 29 (ad) instar in|saniae | percitum.

2. Quaterni pedes cretici has clausulas obtinent:

II 8 intue|ri et domi | postea | perfrui III 9 illa quae |
fletibus | cuncta tur|baverat — (fortuna)rum mea|rum repen|tina
mu|tatio! V 28 (squa)lentium | foederum in|suave fa|stidium.
X 29 gemmulis | floridis | cuncta de|pingeret — me prio|ri meo |
Lucio | redderent XI 23 (co)horte de|ducit ad | proximas |
balneas.

3. Vel quini pedes cretici in his clausulis eminent:

II 6 (forma) scitula et | moribus | ludicra et | prorsus
ar|gutula est. V 3 mox lava|cro fati|gatio|nem sui | diluit.[1])

III. Cretici in variis partibus orationis:

I 10 perfora|ri quoad | mutua hor|tatio(ne) 11 nec minus |
saeva mi | Socrates 25 (fa)xo scias | quem ad modum | sub
meo II 7 (ci)barium | vasculum | floridis | palmulis 9 cum
capil|lis color | gratus et (nitor) 11 optimum et | quinque
gal|linulas 15 (par)tem bonae | vesperae e|iusque gra|tissimum
(fructum) 20 (cho)ragii | funeris | praepeti III 3 (qua)re
magis | congruit | sedulo | singulos 14 scaevitas | consecu|ta
in meum (convertit) IV 2 roris et | nectaris | quas rubi 7
fine ser|monis hu|ius statim (sese) 17 consitos | et specus |
roridos 19 singuli | fustibus | lanceis 22 terminum | poculis |
aureis 23 (asina)li vere|cundia | ductus ae|gerrime 27 ecce
sae|vissimo | somnio V 1 (lo)cis in ip|so toro | roscidi | gra-
minis (suave) 8 (ea)rum lava|croque pul|cherrimo 20 (de)lapsa
nu|doque ve|stigio | pensilem (gradum) 23 (ro)raverint | par-
vulae | sanguinis (rosei) 25 proximi | fluminis | marginem (prae-
cipitem) 29 arcum et ip|sas sagit|tas et om|nem meam (supel-

[1]) Fere totae sententiae pedibus creticis constant.

lectilem) VI 11 separa|tis ama|toribus | tetra nox 12 (fra)-glantia | mutua|tae calo|rem truci 13 singula|rique pru|dentia 31 terminum | nec feras | nec cruces VII 1 spiritu | tale col|legio 7 namque pri|mum sonum | ianuae 28 bracchio|rum suo|rum cita VIII 8 (se)creta frau|desque inef|fabiles IX 12 machinae | libera|tum adplicant 15 (dete)genda quo|quo modo | pessimae | feminae 23 contuber|nalis ar|tissimi 34 (vi)naria | nuntians | omne vi|num quod o(lim) X 1 (ad) instar ex|ercitus | sedulo 12 veritas | et nover|cae quidem (perpetuum) 13 tertius | contuber|nalis haud 22 nobili | femina | bestiis 23 (sen)tentia | praesidis | bestiis XI 6 terminos | ultimi | spiritus 8 (sel)la vehe|batur et | simiam | pilleo | textili 13 consona | voce cae|lo manus 20 (Fo)tis malis | incapi|strasset er|roribus | cognitis | scilicet | fabulis 21 (traditi)onem ad in|star volun|-tariae | mortis et (precariae) 22 (ip)sas fores | aedis am|-plissimae 24 nuncupant | at manu | dextera 30 post dies | admodum | pauculos.

Haud plane inutile erit huic creticorum capiti aliam quaestionem subiungere quae clausularum Apuleianarum rationem structuramque quodam modo illustret.

Metamorphoseon enim libros diligenter perscrutatus observavi Apuleium ante ipsam clausulam[1]) libentissime non solum unum pedem creticum, sed etiam plures creticos posuisse,[2]) potissimum ante clausulam dichoriacam. Atque praecipue tum Metamorphoseon auctorem id fecisse repperi, cum dichoreum per unius vocabuli ambitum expressit, velut haec exempla testantur:[3])

I 8 (scorte)um lari et liberis | praetulisti — (si)parium scaenicum | complicato 10 (vir)tutibus cantionum | antevortit 20 cuncta mortalibus | provenire III 3 (prae)conis amplo boat|u

[1]) Clausulam ipsam duos pedes complecti inter viros doctos constat: cf. Cic. Or. 216.

[2]) Cf. quae p. 15 de Wolffii dissertatione protuli: a quo studia mea minime pendent.

[3]) Acquiesco in iis Metamorphoseon locis notandis qui *plures creticos* ante clausulam ditrochaicam positos exhibent: (— ⏑ —) | — ⏑ — | — ⏑ — | — ⏑ — ⏓.

citatus 21 ceteris artibus | promoveret 28 sarcinis singuli | partiuntur IV 1 libero pastui | tradidere 5 antecapto meo | cogitatu 6 (ut) postea comperi | sorte ducti 14 ceteris sarcina corporis | praevalebat 15 (vi)gore festinus in|repsit ipse 26 aedibus publicis victimas | immolabat 33 (virgi)ni petit nuptias | et maritum V 12 (di)rexit et classicum | personavit — pignoris gloria | gestiebat 20 (cu)stodia libera|ta lucerna. VI 10 naviter convocat | corrogatque 18 (su)a manu de tuo | sumat ore 24 ceteris floribus | purpurabant VII 5 (*v*irum m. *v*i)vacitatis *v*olen|tem *v*olentes [1]) 10 et puellam simul | vendituri 12 (ne)-gotio artissimis vinculis | impeditis 18 forte praeter viam | defluebat 26 hercules dicerem | quod sciebam VIII 7 ad maritum suum | demeare 8 (parri)cidio nuptias | auspicari 9 (exiti)um salutis tuae | suscitemus 11 scaena feralium | nuptiarum IX 27 (angusti)as cavi tegminis | prominebant 38 (prostra)tis tuis civibus glorio|se triumpha X 5 (inco)ram sui funera|ri videbat 6 (publi)cum malum publice | vindicari 11 cum venenum peremptorium | comparare.

Addo aliam clausulam quam quiqui orationi numerosae studebant, praeter clausulas dichoriacam et bicreticam valde fovebant,[2]) quamobrem etiam rhetores atque grammatici veteres inter conclusiones rhetoricas praecipuum locum ei assignabant: dico clausulam — ⏑ — — ⏑ bicreticam catalectam quae ex cretico et trochaeo — vel ex spondeo ab indifferentiam syllabae ultimae — composita crebro cum pluribus pedibus creticis coniuncta reperitur, velut

II 17 marcidis artubus | defetigati 30 ad suum nomen ig|narus exurgit III 27 pessima scilicet | sorte conantem IV 7 (*s*uavi *s*a)pore *p*ercocta *p*ul|menta *p*raesto *s*unt [1]) V 17 te trucis bestiae nuptiis destinatam | esse clamavit [3]) 26 (ultra) terminos me domus | eius efflaret 30 (in ango)rem mei *p*aelicatus *p*uellas *p*ropi|nare consuesti [1]) [3]) VI 16 (deli)tam theatrum deo|rum fre-

[1]) Nota allitterationem, quam vocamus.

[2]) Cf. Norden A. K. p. 930.

[3]) Vel quattuor pedes cretici illi clausulae bicreticae catalectae hoc loco antepositi sunt!

quentare VII 10 ceteri copiosum | instruunt ignem 15 (su)i cibi gratia me fati|gare contenta VIII 13 (me)i mariti cruen|tum peremptorem 31 (fili)o suo parvulo | consalutato IX 11 (sci)-tissime taeniae sparteae | totus innixus 24 (la)rem mariti pudi|ce gubernabat X 28 conficit protinus | virus infestum XI 8 pertluo feminam | mentiebatur.

His de Apulei dictione poetica aliisque scribendi rationibus ac proprietatibus praemissis, exploratisque variis rebus quae ad orationem numerosam cognoscendam alicuius momenti esse possunt, transgrediemur ad ipsam quaestionem quam in hac dissertatione proposuimus, ad compositionem Metamorphoseon numerosam.

De Apulei Metamorphoseon numero.

Quantopere iam antiquitus oratores atque omnino scriptores Graeci Romanique clausulis artificiose componendis operam dederint, notius est quam ut multis verbis hic exponi opus sit: item vel Ciceronis vel Quintiliani vel aliorum de hac re testimonia recoquere supersedeo, praesertim cum haec omnia in libro egregio H. Bornecquii supra p. 4 citato accurate collata esse videam. Neque vero singulas sententias eorum qui nostra aetate de clausula rhetorica disputaverunt, denuo exscribam: sane multum fructus percipias ex iis quae Volkmann Wuest Mueller Havet Meyer Bornecque Wolff protulerunt; optime vero E. Norden meritus est, quod variarum clausularum formas leges historiam per singula saecula subtiliter perscrutatus est libroque suo appendicem de clausula rhetorica adfixit.

Consentaneum est numerum potissimum in finibus periodorum vel membrorum auribus occurrere, ubi gravis incisio atque pausa tempus nobis concedit, ut eum bene percipiamus,[1]) sicuti nostra aetate ars habilitasque dicentis vi atque gravitate orationis exitus quodam modo cognoscitur.

[1]) Quintil. J. O. IX 4. 61 et 62 Magis tamen et desideratur in clausulis, et apparet. Haec est sedes orationis, hoc auditor exspectat, hic laus omnis declamat. Norden A. K. p. 909 sq. cf. Cic. de orat. III 192, Hermog. de id. I 301 etc.

Quod igitur clausulis perpoliendis rhythmiceque componendis iam antiquitus summa opera dabatur, nimirum fieri non potuit, quin paulatim certae leges ac regulae firmae de usu genereque earum orerentur et inter varias conclusiones quaedam praevalerent, velut ex disquisitionibus Muelleri, praecipue autem Nordeni, clausulas ditrochaicam, bicreticam, bicreticam catalecticam, hypodochmiacam,[1]) fere omnibus temporibus, potissimum vero post Augustum, praedominatas esse scimus.

Examinemus quid de usu clausularum „rhythmicarum“[2]) Apuleiano iudicandum sit, his verbis Nordeni cognitis:[3]) „Um von vornherein jeden Zufall auszuschliefsen, werden wir das Gesetz aufstellen müssen: nur diejenigen Schriftsteller beobachten den rhythmischen Satzschlufs, bei denen die ursprünglichen Formen der Klausel (ohne aufgelöste Längen, ohne irrationale Längen für Kürzen) weitaus überwiegen, nämlich die Klauseln – ◡ – ◡, – ◡ – – ◡ ⏓, – ◡ – – ◡.“

Quamquam Frid. Gatscha in dissertatione scripta „De Apulei sermone numeris adstricto“ Metamorphoseon clausulas in ordinem redactas proposuit,[4]) tamen illa tabula ad rem nostram nihil facit, cum quattuor tantum genera clausularum earumque formas solutas exhibeat i. e. clausulas creticas, ditrochaicas, dispondiacas, dactylicas.[5]) Necesse igitur est, ut sententiam Nordenianam percenseamus, denuo varia clausularum genera colligere. Ne autem fere ingentem laborem subeamus, satis erit earum clausularum rationem habere quas quidem Vliet gravi distinctione, velut signis . : ! ? ; signavit, etsi interpungendi quaestio ad

[1]) – ◡ – ◡, – ◡ – – ◡ ⏓, – ◡ – – ◡, – ◡ – ◡ ⏓. Norden clausulam hypodochmiacam plane neglexit, contra Mueller, Wolff, alii, ei gravem locum assignaverunt.

[2]) Quo iure Norden certas clausulas „rhythmischen Satzschlufs“ appellet, infra disputabo.

[3]) A. K. p. 930.

[4]) G. tantum plenorum sensuum exitus secundum Metamorphoseon editionem Hildebrandianam respexit, contra non modo periodorum, sed etiam membrorum incisorumque clausulas rhythmice formatas esse scimus: itaque illius ratio per se haud nimii pretii est.

[5]) Summa vero libidine omnes formas praecipueque solutas clausularum illis quattuor schematis assignavit.

hunc diem nondum absoluta est.[1] Nam notum est fere omnes editores de distinctionis ratione aliquo modo dissentire, velnti Vlietium nonnunquam magna cum licentia Hildebrandii, editoris prioris Metamorphoseon, interpunctionem mutasse video.

Atque in hac quaestione difficili de pausis orationis expedienda quodam modo rhetorica distinguendi ratio atque numerus praecipueque responsio numerosa nobis succurrunt, quocum conferas ea quae iam Havet bene sic expressit:[2] „Il lui (scil. à la prose métrique) est reservé de donner à la prose latine ce qui risque de manquer toujours à la poésie, une ponctuation scientifique,“ vel Bornecque, Havetii discipulus, in capite[3]) „Ponctuation du texte,“ vel Norden: „Qua in constituenda (scil. interpunctione) certissimus dux rhythmus.“ [4])

Clausulis igitur Metamorphoseon congestis quarum summa est 2766, omissisque ceteris earum formis, repperi exstare

ditrochaicas	662	fere	24 %	– ⏑ – ⏓
bicreticas	193	fere	7 %	– ⏑ – – ⏑ ⏓
bicreticas catalecticas .	356	fere	12 3/4 %	– ⏑ – – ⏓
hypodochmiacas . . .	157	fere	5 1/2 %	– ⏑ – ⏑ ⏓.[5])

Quibus clausularum formis consideratis usuque cognito facere non poterimus, quin Apuleium in scriptoribus numerosissimis numeremus, quippe qui clausulis illis „rhythmicis“ largissimo modo indulserit:[6]) re vera definitio illa Nordeni ad Metamorphoseon auctorem optime videtur pertinere.

At multa sunt quorum causa a partibus viri docti stare vetor: quae infra copiose disserentur, postquam primum nonnulla alia quae ad hanc quaestionem spectant, disputaverimus.

[1]) Cf. quae nuperrime Kirchhoff l. c. p. 21 de hac re gravissima exposuit.

[2]) Prose métr. de Sym. p. 21 § 53.

[3]) Prose métr. dans la corresp. de Cic. p. 205 §§ 416—22.

[4]) De Minucii Fel. aetate et genere dicendi. Progr. Gryphisw. p. 18.

[5]) In hac tabula earum clausularum ratio non habui — ne nimis progrediar — quae si breves quasdam syllabas earum contrahere liceat, huc spectare videantur.

[6]) Tamen alias clausularum formas non neglexit, nam clausula – – – ⏑ ⏓ 346 locis = 12 3/4 % usurpata est, dactylica – ⏑ ⏑ – ⏓ 85 locis = 3 % etc.

Quaeramus, unde sit factum, ut Apuleius iis tribus vel quattuor clausulis quas Norden „rhythmicas“ appellat, studiosissime uteretur. Iam idem philologus rectam in hac quaestione viam indicavit et sagaciter probavit scriptorem, item atque in tota scribendi ratione, ita in eligendis clausulis neosophistarum Graecorum aemulatorem diligentem exstitisse quos quidem his potissimum conclusionibus deditos fuisse multis atque aptissimis exemplis in libro egregio illustravit. Quantopere Madaurensis ab illis sophistis pendeat, iam supra p. 1 sq. tetigi; tamen operae pretium est hic cognoscere quae Norden de Apulei dictione numerosa comparata cum ratione sophistarum notavit:[1]) „Graecorum adi eius aetatis auctorum scripta ut Polemonis, Herodis, Adriani, sophistarum declamationes, Philostrati lege vitas et quae in his afferuntur rhetorum fragmenta: veterum sophistarum germina consimili in agro luxuriose pullulasse et a Graecis ad Latinos auctores veluti Minucium, Apuleium, Tertullianum propagata esse cognosces,“ vel: „Gorgias Hegesias[2]) und ihresgleichen sind die Geistesverwandten dieses Sprachzauberers, und hätten wir des Aristeides oder seines Übersetzers Milesische Geschichten, so würden wir den Zusammenhang noch klarer durchschauen.“ [3])

Re vera fere unaquaeque sententia Metamorphoseon totaque capita illis clausulis abundant — quae aut unius vocabuli aut plurium comprehensiones esse possunt — inspice haec exempla:

VI 2 (finem precum a Psyche ad Cererem missam): „vel pauculos dies *delitescam*, quoad deae tantae *saeviens ira* spatio temporis *mitigetur* vel certe meae vires diutino la*bore fessae* quietis intervallo *leniantur*.“ [4])

vel III 10 „. . . risus libere iam ex*arsit in plebem*: hi gaudii nimietate *gratulari*, illi dolorem ventris manuum compressi*one*

[1]) De Minucii Fel. aet. et gen. dic. p. 16.

[2]) Quanto studio Cicero Hegesiae usum clausularum rhythmicarum aemulatus sit E. Mueller l. c. exemplis satis manifesto firmavit cf. appendicem diss. citatae.

[3]) A. K. p. 602.

[4]) Hoc loco ter clausulam ditrochaicam per unum verbum expressam legimus.

sedare et certe laetitia *delibuti* meque respectantes cuncti thea*tro facessunt.*“

vel VIII 9 (orationem Charites), „boni ergo et *optimi consules,* si luctui legitimo mi*serrimae feminae* necessarium con*cesseris tempus,* quoad residuis mensibus spatium reliquum comple*atur anni,* quae res cum me*um pudorem,* tum etiam tuum salutare *commodum respicit,* ne forte immaturitate nuptiarum indignati*one iusta* manes acer*bos mariti* ad exitium salutis tuae *suscitemus.*“

Quae cum ita sint, sane concedendum est Apuleium per Metamorphoseon libros illas clausulas „rhythmicas“, ut eas cum Nordeno appello, studiose coluisse; tamen in alia re cum viro docto facere nequeo, quod scriptorem per Floridorum libros illos exitus severe servasse, contra per Metamorphoseon libros in iis tantum locis adhibuisse qui sublimem materiam argumentumque sollemne tractent, expressis verbis contendit: „Bei Apuleius kann man hübsch beobachten, dafs er den Rhythmus [1]) in gehobenen Partieen sehr sorgfältig beobachtet, in niedern ihn vernachlässigt,“ [2]) cui sententiae demonstrandae duo exempla adiecit, preces Psyches VI 4, quibus numeri larga copia, et vulgarem sermonem quendam, I 22, quo inopia numeri comprobentur.

Profecto loci sollemnes gravesque, veluti preces, descriptiones, (ἐκφράσεις) per se idonei sunt qui largo usu illarum clausularum emineant, ideoque persaepe numerosam compositionem ferunt, tamen variabilitas atque inconstans mixtaque scribendi ratio Apulei vel ex libero libidinosoque usu clausularum cognoscuntur. Itaque haud difficile est sententiam Nordenianae plane contrariam exemplis demonstrare, dummodo alterum locum ab eo citatum [3]) tantum obiter contemplemur quem quidem haud sollerter elegisse videtur vir doctus. Minime vero in eodem sermone vulgari Madaurensis illis clausulis rhythmicis adhibendis abstinuit; contra exstant copiosae statim in verbis, quae citatis antecedunt. „*Heus*

1) Norden tantum de eo numero cogitat qui frequenti illarum trium clausularum usu — ◡ — ∼, — ◡ — — ◡ ∼, — ◡ — — ∼ constat.

2) A. K. p. 944.

3) Met. I 22.

tu“ *inquit* „qui tam *f*ortiter *f*ores *verberasti,* [1]) sub qua specie *mutuari cupis?* An tu *solus ignoras* praeter aurum argentumque nullum nos *pignus admittere?*“ „Meliora“ inquam *ominare* et potius responde, an intra aedes e*rum tuum offenderim.*“ „Plane“ inquit „sed quae quaesti*onis huius?*“

Vel inspice hanc periodum ex alio sermone cotidiano depromptam quae omnia tria genera clausulae rhythmicae exhibet:

I 18 Mihi denique quod poculis vesperi minus *temperari,* nox acerba diras et truces i*magines obtulit,* ut adhuc me credam cruore humano aspersum atque *impiatum.*“ Ad haec *ille subridens.*

Item in Metamorphoseon libris satis multi loci sollemnes sublimesque insunt, ubi illas clausulas „rhythmicas“ frustra quaeras, veluti in gravi initio fabulae Psyches aut Lucii precum. [2]) Quamobrem Nordeni sententia improbanda est: contra, Apuleium sicut orationem pedestrem ad libitum cum ratione dicendi poetica confudit, ita in usu clausularum certas leges vitasse censeo. Nimirum sicut tota capita exstant, intra quae nullae nisi illae clausulae „rhythmicae“ usurpatae sunt, sic alia tota capita, intra quae ne una quidem ex illis finiendi formis legitur.

His de libero libidinosoque usu clausularum Apuleianarum expositis liceat paucis tangere similem quaestionem.

Metamorphoseon enim auctor, quamvis in tota dicendi ratione haud ita regulis rhetoricis adstrictum se praestet, tamen in universum rem argumentumque idoneis metris exornat, id quod sophistae Graeci ἦθος servare appellabant. [3]) Quae si ex Metamorphoseon elocutione fuse demonstrare conemur, amplam dissertationem, sicut Norden postulat, [4]) instituere cogamur: ergo in paucis exemplis afferendis acquiescamus.

1) Nota allitterationem quam vocamus.

2) IV 28, XI 2.

3) Cf. quae Norden A. K. p. 435 copiose de Apulei exemplis disserit: vel Volkmann, Rhet. III, p. 452 „Je nach dem Charakter dessen, was man zu sagen hat, mufs man auch die Rhythmen wählen.“ Atque conducat de numerorum usu mimetico librum Blassii consulere Rh. d. att. K. p. 171, ubi exempla afferuntur.

4) A. K. p. 604.

Facile vero qui opus Apuleianum attente perlegerit proprietatesque dicendi observaverit, sentiet scriptorem aliter hospites Lucii delineare loquentesque facere atque Fotidem vel latrones vel accusatorem publicum[1]) vel Psychen vel Lucium deos implorantes,[2]) aliter describere speluncam latronum, aliter Amoris dei palatium aut hortum, aliter deorum templa aut convivia, aliter narrare fabulam lepidam Psyches atque facinora feminae adulterae.[3])

Sequitur ex linguae natura, serie pedum longorum orationis cursum fieri tardum, gravem, sollemnem[4]), veluti in Lucii precibus XI 2 sublimitas argumenti bene designatur:

tu me*is iam nunc extremis aerumnis subsi*ste,
tu fortunam conlapsam adfirma,
*tu saevis exanclatis casibus pausam pacem*que tribue.

Sollemnitas pompae Isidem deam venerantis[5]) hoc cursu syllabarum longarum constat: Ecce *pompae magnae paulatim procedunt an*teludia.

Vel hae periodi subsequentes ex fabula Psyches Amorisque[6]) testimonio esse possunt:

IV 33 *Maeretur fletur lamentatur* di*ebus plus*cu*lis. Sed dirae sortis iam urguet tae*ter *effec*tus.

Contra dubium non est, quin series syllabarum brevium orationem vividam, celerem, excitatam reddat.

Sic festinatio sororis Psyches ad Amorem deum properantis egregie his verbis exprimitur:

[1]) Apuleium causidici partes non frustra egisse ex Apologia scimus.

[2]) Omnino preces quae in Metam. exstant, fere poeseos speciem ferre videntur veluti VI 4, vel praecipue XI 2 quae a versu incipiunt choliambico cf. Kirchhoff l. c. p. 3.

[3]) X 2 sqq., X 29 sqq.

[4]) Quintil. Inst. orat. IX 4, 83 sqq., 91.

[5]) XI 8.

[6]) Vel initium fabulae gravitatem sublimis illius narrationis quodam modo illustrat, cum prima periodus „Erant in civitate . . . penuria poterat“ longis syllabis ita abundet, ut plus dimidio breves recedant 82 : 40.

V 27 „et tu *Zephyre* sus*cipe dominam!*“ Atque ibidem paulo infra: ae*mula* festina*vit* ad *scopulum* | in*que simile* mor*tis* ex*iti*um *cecidit.*

Ardor operaque formicarum sic delineantur:

VI 10 dis*si*tis*que generibus* | e conspectu perni*citer abe*unt.

Excitatio Veneris deae iratae numero fit perspicua:

V 28 Ergo iam il*le bo*nus filius *meus habet amicam aliquam!* vel V 30 Sed nunc inri*sui habita quid agam?*

Angor trepidatioque Lucii magna arte sic depinguntur:

I 14 „*Quid*“ inquam „de me *fiet, ubi* is*te iugu*latus ma*ne* pa*ruerit? Cui vi*debor veri *similia* di*cere* pro*f*erens ve*ra*?“ vel „*sub ocu*lis *tu*is *homo iugu*la*tur* et *si*les?“ (5 : 10.)

Sed, ne dissertationis provinciam transgrediamur, illam rem accurata disquisitione dignam relinquere cogimur, praesertim cum aliae quaestiones gravissimae urgueant.

Vidimus Apuleium, ex consuetudine plerorumque scriptorum, praeter alias clausulas indulsisse potissimum iis tribus finiendi generibus quae Norden clausulas „rhythmicas“ appellat: — ◡ — ◡̆, — ◡ — — ◡ ◡̆, — ◡ — — ◡̆.

Attamen non intellego, cur has solum clausulas nominaverit „rhythmicas“.

Nimirum vox „ῥυθμός“ nihil aliud significat atque responsionem repetitionemque artificiosam syllabarum quarundam orationis quae non adeo semotae sint, ut numerus aures audientium effugiat. Ergo ab hac re proficiscendum erit, antequam de rhythmo vel clausulis rhythmicis dicere licebit.

Quis enim ullum numerum sentiat, si forte in illas clausulas — ◡ — ◡̆, — ◡ — — ◡ ◡̆, — ◡ — — ◡̆ inciderit, nisi earum responsio manifesta sit?

Nihil igitur interest per qualem clausulae formam periodi ac membra concludantur: eodem quidem iure alia quaelibet praeter illas clausulas Nordenianas, licet sit rarissime usurpata, „rhythmica“ appellari potest, dummodo illi altera eiusdem speciei haud nimis semota respondeat.

Atque mirum est, quod de hoc fundamento praecipuo regulaque simplici elocutionis antiquae inter nonnullos viros doctos ad hunc diem dissensiones exstant, ut Frid. Blass qui de numerosa

veterum compositione cognoscenda[1]) omnium optime meritus est, passim expressis verbis repetere atque notare necesse putaverit: „Wer ῥυθμός sagt, sagt Entsprechen! Es gibt eben keinen Rhythmus ohne ὅμοια; die Beseitigung des Entsprechens lässt nur ἀρρυθμία zurück. cf. Aristot. Rhet. III 8. So gibt die ditrochaeische Klausel z. B. erst Rhythmus und wird bemerkt, wenn ihr eine andere entspricht"[2]) quam rem vir doctissimus et loco citato et copiose in libro inscripto „Die Rhythmen der attischen Kunstprosa" exposuit,[3]) ubi de eis quoque quae Cicero in Oratore narravit,[4]) accurate disputavit. Qui locus Ciceronianus optimus testis sententiae nostrae est, unde numerum in oratione Carbonis laudatum non usu solo clausulae dichoriacae „*persolutas*" vel „*comprobavit*", sed earum clausularum responsione constitisse elucet, postquam illa altera clausula ditrochaica auribus populi occurrit.

Quia igitur numerus nihil aliud est atque parium syllabarum repetitio dilucida, non modo clausulas, sed etiam alias orationis partes obtinet: id tantum postulatur, ut series illa syllabarum inter se respondentium haud nimis semota, perspicua, auribus facile percipienda sit.

Jam E. Mueller qui multos errores de clausula rhetorica expedivit et primus simplicissimas clausularum formas cognovit, numerum aliarum orationis partium paucis tetigit, etsi rhythmi sedem praecipuam in clausulis esse probavit. Tum potissimum Frid. Blass qui iam in prima editione operis illustris de eloquentia Attica[5]) varia numeri genera in libris Graecorum obser-

[1]) Cf. p. 4, ubi singulas Blassii dissertationes attuli.

[2]) „Der Rhythm. bei d. att. Rednern." Jahrb. f. d. klass. Alt. 1900, p. 423. Similem definitionem numeri in editionis epistul. ad Hebr. praefatione p. 2 statuit: „Alles, was Rhythmus heiſst, hat Entsprechen und besteht in der Wiederholung des Gleichen: wir nennen es Takt. Aber nicht um solche kleine Takte (wie Jambus oder Trochaeus) handelt es sich beim prosaischen Rhythmus, sondern um gröſsere und beliebig aus Längen und Kürzen geformte; nur muſs Wiederholung sein, einmalige mindestens, damit dies Gebilde als Rhythmus gekennzeichnet sei und Rhythmus sei."

[3]) p. 24 sq.

[4]) Or. § 213.

[5]) Ed. I anno 1868.

vaverat largisque exemplis firmaverat, nostra aetate in multis scriptis compositionem numerosam tractavit atque certas eius regulas enucleavit. Qui vir doctissimus imprimis scriptorum Graecorum rationem habuit, nuper autem Romanorum quoque numerum egregiis exemplis demonstravit.[1])

Quae sint praeter clausulam illae aliae partes orationis, quae numerum ferre possint, Mueller nos docet[2]): „Vidimus clausulas inter se saepe respondere seque quasi munire. Verum non solum inter se respondent, sed etiam cum aliis sententiarum partibus, quo eis vis etiam maior accedat. Hae sententiarum partes possunt esse diversae: necesse est autem semper, ut perspicuae sint quam maxime: nam aliter fieri non potest, ut percipiantur auribus. Saepe initia periodorum numerose conformata sunt, saepe etiam membrorum fines eodem modo distincti sunt quo clausulae periodorum."[3])

Quae Muelleri opinio fortasse ob parca atque parum idonea exempla a viris doctis diu neglecta, immo a multis plane improbata est, veluti a Bornecquio.[4]) Demum Blass summo studio illam sententiam exemplis firmare et ab impetu vehementi defendere conatus est eorum qui eam nimis artificiosam ac quaesitam duxerunt, ut Thalheimii, in dissertatione inscr. „Der Rhythmus bei d. att. Rednern"[5]), vel Immischii.[6]) Revera illi

[1]) Die Rhythm. der att. K., p. 186, in adnotatione. In epistulae ad Hebr. editionis praefatione accuratam analysin orationis Cic. Milonianae §§ 23, 24 dedit, unde fere nullum membrum numero carere apparet.

[2]) p. 35, § 6.

[3]) Blass, Rh. d. att. K. egregia exempla protulit. cf. ed. epist. Hebr. praef., ubi de variis numeri locis haec notavit p. 4. „Es kann i (initium) mit i, c (clausula) mit c respondieren, indes auch i mit c innerhalb eines Gliedes oder bei verschiedenen, besonders oft c des einen Gliedes = i des nächsten, woraus sich, wenn sich das fortsetzt, förmliche Ketten bilden können. Auch das ganze Glied kann einem andern oder einem Teile eines andern entsprechen." Ibidem p. 3. „Der Numerus hat also in den Schlüssen seinen Hauptsitz, demnächst auch in den Anfängen, am wenigsten kommt die Mitte in Betracht. So Cicero im Orator cap. 59 § 199 ff."

[4]) Prose métr. p. 195, § 405.

[5]) Jahrb. f. kl. Philol. 1900 p. 423 sqq.

[6]) Jahrb. 1902 p. 725.

viro doctissimo contigit, ut numerosas series vel vicenas aut tricenas syllabas[1]) complexas erueret, qua responsionis accumulatione nimia satis elucet forti certe nihil eiusmodi tribuendum esse.[2])

Praecipuam numeri sedem clausulas et initia esse vidimus, sed non modo periodorum clausulas atque initia numerus obtinet, verum etiam membrorum et incisorum. Itaque, ut compositionem numerosam percipiamus, sicut poesis in versus, ita oratio soluta diligenter distinguenda est in *περιόδους, κῶλα, κόμματα*.[3])

Quod autem Norden[4]) dixit: „Periodisierte und rhythmische Rede sind nach antiker Vorstellung identisch", id profecto solum ad aetatem Romanam referri licet: quanta enim licentia oratores Attici atque Plato in usu numeri distinctionem rhetoricam neglexerint, ex accuratissimis Blassii disputationibus satis manifestum est.[5])

At Cicero qui Romanorum primus numeri leges atque naturam in libris oratoriis copiose exposuit, liberam compositionem numerosam Atticorum iam non opinatus esse videtur. Bene vero Blass numerum Ciceronianum atque in universum Romanum his delineavit verbis[6]): „Das Wesen des Rhythmus liegt in etwas ganz anderem, nämlich natürlich wieder in der Wiederholung, hier auch der Klausel oder auch des Anfangs; denn diese Rhythmik ist in der Tat mit der Gliederung der Rede in Perioden und Kola[7]) eng verknüpft und daran gebunden."

[1]) Epist. Hebr. praef. p. 4. „Ein Maximum für den Rhythmus gibt es nicht, oft 16—17, ja einmal 18, einmal 26 Silben" (im Hebr. Br.).

[2]) Blass, Jahrb. 1900 p. 425. „Wenn es sich um identische Gruppen von 2 Silben handelte, so wäre eine Widerlegung sehr leicht zu geben, auch wenn um Gruppen von 3, 4 oder 5; aber mit jeder Silbe mehr steigt die Schwierigkeit, daſs der Zufall dies gemacht haben könnte."

[3]) Cf. Cic. Orator cap. 66 et 67. Blass numeri causa textum epistulae Hebr. *κατὰ στίχους* scripsit in recentissima editione; idem exemplum numerosum orationis Milonianae § 23 f. „per cola et commata" notavit.

[4]) A. K. p. 41.

[5]) Potissimum liber inscr. „Die Rhythmen d. att. Kunstprosa" testis est.

[6]) Rh. d. att. K. p. 187 in adnotatione.

[7]) Cf. ed. epist. Hebr. praef. p. 2. „Cicero spricht oft davon und gibt als ungefähre Gröſse (des Kolon) die eines Hexameters an, d. i. 13—17 Silben: unter 8 Silben nannte man es Komma."

Atque Apuleius numerum distinctioni rhetoricae anxie adstrinxit, velut hoc loco, unde statim rationem compositionis numerosae Metamorphoseon quodam modo cognoscas:

I 9 „Cauponem quoque vicinum atque ob id aemulum | deformavit in ranam | et nunc senex ille dolium innatans | vini sui adventores pristinos | in faece summissus[1]) | officiosis ronchis raucus appellat."

Quater singula huius periodi membra idem metrum dilucide praebent – – ⏑ – – ⏓, ter clausulae, semel initium.

de*formavit in ranam* | cl.
et nunc senex ille . . . in.
in faece summissus | cl.
o. ron*chis raucus appellat.* cl.

Videmus ex hoc exemplo, numerum, quo sit vicinior, eo magis eminere[2]): tamen, etsi in hac brevi sententia quater redit, interdum interrumpitur parvo intervallo, ne scriptor fiat metricus.[3])

Plerumque vero Apuleium numeri frequenti repetitione abuti elucebit, ita ut nonnunquam fere taedio monotoniae, si verbo uti licet, satiemur: sicuti igitur persaepe in ceteris ornamentis rhetoricis nimium se praestitit, ita compositionem numerosam fere absurde atque ridicule coluit. Atque Cicero eum vehementer vituperasset, si Metamorphoseon libros inspicere ei licuisset, memor praecepti: „Sed in orationis numero nihil est tam vitiosum, quam si semper est, idem"[4]) vel: „Sed

[1]) Vliet summa licentia lectionem traditam „summissus" mutavit in „summersus", quae coniectura plane sensu caret cf. Petschenig, qui in Ephem. philol. 1897 p. 968 ff. editionis Vlietianae criticus exstitit: „I 9 wird „summersus" für „summissus" geschrieben, wie vom caupo witzig gesagt wird. Aber kann denn der Frosch „in faece summersus" auch quaken?" Haec sufficiant.

[2]) Blass, Rh. d. att. K. p. 43. „Die gebräuchlichste Form des Entsprechens ist diese, daſs das Entsprechende in unmittelbarem Anschluſs steht."

[3]) De hoc gravi vitio, *ἔμμετρον* appellato, supra disputatum est p. 6 cf. Arist Rhet. III 8. Sane mirum est quam saepe Apuleius, simplici clausularum rhythmo non contentus, ternos, quaternos vel plures pares exitus deinceps subiunxerit quibus numerus quem aures modo accepissent, renovaretur.

[4]) Or. § 213.

id crebro fieri non oportet: primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat, postea cognita facilitate contemnitur.“[1]) Tamen exstant nonnulli loci Metamorphoseon, ubi numerus fere neglectus videatur — quae quidem res ob scriptoris dictionem variabilem nullique certae regulae subiectam haud nimis mira est.

Praeterea ex responsionis exemplo supra allato cognoscimus numerum non solum clausulas ipsas — clausulam duobus minimum pedibus constare scimus[2]) — sed plures syllabas antecedentes clausulae complecti posse.

Vel aliud contemplemur exemplum, unde numerum membrorum structurae infixum esse discas:

V 9 Quo protenus perpetrato | sorores egregiae domum redeuntes | iamque gliscentis invidiae felle flagrantes | multa secum sermonibus mutuis perstrepebant.

Duae series numerosae inde patent: 1) – – ◡ – – – ◡ – –

I. Quo protenus perpetrato | membr.
. . . (sermoni)bus mutuis perstrepebant. cl.

et 2) – ◡ ◡ – –

II. (sorores egregiae do)mum redeuntes | cl.
(iamque gliscentis invidiae) felle flagrantes | cl.

Denique exempli gratia locum afferre liceat, ubi vel quinae denae syllabae paribus mensuris repetuntur, unde, quousque Apuleius cursum numerosum nonnunquam extenderit, apertum fiat. Legimus

VIII 23 Hac quoque detestabili deserta mansione, | paganos in summo luctu relinquentes rursum pergimus | dieque tota campestres emensi vias | civitatem quandam populosam et nobilem iam fessi pervenimus.

Primum vero membrum parem numerum praebet atque clausula totius periodi, item exitus eorum membrorum quae mediam sententiam continent:

a . b . b . a. a = – ◡ ◡ – – – ◡ – – – – – – ◡ – ∼
b = – – – – – – – ◡ ∼

[1]) Or. § 215.
[2]) Cic. Or. § 216. Quintil. Inst. orat. IX. 4. 95.

I. *Hac quoque detestabili deserta mansione* |
. . c . quan*dam populosam et nobilem iam fessi pervenimus.*

II. in summo luctu re*linquentes rursum pergimus,* |
dieque tota *campestres emensi vias.*

Sed antequam numerum variasque eius rationes Metamorphoseon pluribus exemplis demonstramus, paulułum subsistamus, nam multa restant digna expositu quae ad compositionem numerosam pertinent.

Atque primum pauca de vocalium concursu disputemus, de qua quaestione gravissima adhuc dissensiones exstant. Itaque nuperrime Kirchhoff eam copiose tractavit exemplisque allatis evincere studuit neminem scriptorum Latinorum, quoscunque adhuc viri docti perscrutati sint, tanto opere concursionem vocalium in clausulis effugisse quam Madaurensem, contra nusquam eum dubitasse vocabulo in — m cadenti vocalem vocabuli sequentis subiungere.

Duplici vero modo hiatus deleri potuit

1. elisione vel synaloepha (amatast) 2. correptione.

Tamen non ad libitum his rationibus rhetoricis uti licet, sicuti Wolff in dissertatione inscr. „De clausulis Ciceronianis“ summa libidine modo elisionem, modo correptionem adhibuit, ut „acceptiores“ clausulas efficeret:[1]) quamobrem ea quae omni certa regula carentia proposuit, plane omittere debemus.

In universum fere ea de dictione Romana valent quae Blass de Graeca sic expressit:[2]) „Auslautender elidierbarer Vokal vor anlautendem Vokal wird elidiert — auslautender langer Vokal oder Diphthong[3]) vor anlautendem Vokal wird

[1]) Wolff § 4 dicit: „Quas (scil. vocales longae) cum et ipsas non raro elidi in § 2 viderimus, tamen pro elisione etiam correptio admissa esse videtur, id quod inde concludo, quod ita interdum multo meliores clausulae evadunt.“

[2]) Ed. epist. Hebr. praef. p. 10. Cicero hanc rem gravissimam accurate atque satis dilucide disseruit, unde concursionem vocalium in lingua Latina semper vetitam esse discimus cf. Or. 150 sqq. „Quod quidem Latina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit qui vocales nolit coniungere.“ — *„Nobis ne si cupiamus quidem, distrahere voces conceditur.“*

[3]) Aut vocabula monosyllaba praeter „es“ et „est“ quae semper cum vocali exeunte confunduntur cf. Rh. d. att. K. p. 35 sq. Ut enim

verkürzt" quae quidem sententia iis nititur quae de vocalium concursione ex grammaticorum libris discimus, a Kirchhoffio sic exposita:[1]) „Confusio duarum longarum vocalium est gravissima, mediocri offensioni sunt concursiones vocalium longarum et brevium, breves vocales minime pronuntiationi laboriosae sunt."[2])

Apuleius etsi interdum transpositione verborum frequentes elisiones evitasse putandus est,[3]) tamen in Metamorphoseon libris locos praebet, ubi unaquaeque vocalis ob concursionem elidenda est, veluti

I 7 sordium enormem eluviem operose effrico.
V 23 prona in eum efflictim inhians.
VII 13 denique ipse etiam hilarior.
X 23 neque egregia illa uxor.

Quae cum ita sint atque Cicero ipse testis egregius sit, non dubium esse arbitror[4]) quin hiatum ut in poesi, ita in oratione soluta atque ea numerosa, semper exstinxerint scriptores Romani. Quamobrem mirum videtur, cur Norden in illam legem peccaverit hoc exemplo clausularum „rhythmicarum" –⏑––⏑⏑̆ et –⏑––⏑̆ allato:[5]) VI 4 „germana et coniuga — Lucinam appellat": ac non solum hoc loco, sed per totum librum suum hiatus nusquam rationem habuit!

Liceat monere alia. Kirchhoff in dissertatione sua de concursu vocalium in clausulis accurate ac copiose disputavit prae-

in lingua Graeca, ita in Latina monosyllaba quae per longam vocalem finiunt, corripi necesse est, veluti Met. I 21 Milo quĭ extra p. vel X 24 sed dĕ ipsa fide p. m.

[1]) p. 7.

[2]) Blass, ed. epist. Hebr. praef. p. 5. „Störende Zusammenstöfse von Vokalen müssen vermieden oder beseitigt werden durch Elision, die indes in strenger komponierter Prosa nicht zu häufig angewandt werden darf, am wenigsten bei vollwichtigen Wörtern. Ist der Auslaut ein *langer Vokal oder Diphthong*, so wird er mit dem anlautenden Vokal durch *Verkürzung* enger verbunden, ist er *kurz* und *nicht elidierbar* (wie das i des Dativs i. Griech.), so tritt die *Verbindung ohne weiteres* ein und der Anstofs wird nicht gerechnet. Doch darf er nicht zu häufig sein, auch die Verkürzung nicht allzu häufig".

[3]) Wolff l. c. p. 660 in capite „De vitata elisione" exempla eius modi Ciceroniana attulit.

[4]) Cf. Meyer l. c. p. 4. Gatscha p. 166. Bornecque, Prose métr. § 7.

[5]) A. K. p. 944.

cipueque voces syllabis „am, em, im, um" terminatas respexit quas ante vocem a vocali incipientem elidendas esse viri docti inter se consentiunt cf. quae Bornecque notavit:[1]) „Toute voyelle ou toute syllabe en — am, em, im, om, um, placée en hiatus à la fin d'un mot, s'élide."

Contra Kirchhoff probare conatur illud m finale in hiatu sono debili pronuntiandum esse neque vim metricam syllabae am em im um et quae eius generis sint, negligi debere.[2])

Sed in hac quaestione expedienda multum proficere potuisset, si non tam clausularum „rhythmicarum" quam clausularum inter se responsionis rationem habuisset,[3]) unde semper elidendas esse voces in „am em im um" terminantes didicisset, veluti omnes illas decem clausulas quas non ex rhetorum praeceptis formatas esse Kirchhoff dicit,[4]) elisione adhibita aut bene inter se respondere aut „rhythmicis" tribuendas esse apparet.

I 1 *Graecanicam incipimus* = *aggressus excolui.* Resp. num.
I 12 verum eti*am fugam instruit* = a*etatulam meam.* „ „
I 22 *erum tuum offenderim* = *pignus admittere.* „ „
II 10 *savium impressi* = ca*pillus ascendit.* „ „
II 18 pac*em publicam infestat.* = *Passim trucidatos.* „ „
V 27 *pabulum interiit* = ad *civitatem aliam.* „ „
VI 1 *sese proximum intulit*[5]) = *spicas hordei videt.* „ „
VI 26 iam no*vissimum expectas* = Cl. rhythmica –⏑––⏑̆
VI 29 *perditum ibis* = festi*nas ad Orcum.* Resp. num.
X 2 ad *privignum adiecit* = ma*riti praepollens.* „ „

Neque vero cum Kirchhoffio facere possum, quod p. 26 enuntiatorum nonnullorum fines vere hiulcos appellavit quos

[1]) Prose métr. dans la corresp. de Cic. § 7 p. 5.

[2]) p. 12.

[3]) Velut hoc loco Ciceroniano, in quem forte incidi Phil. II § 40 hered*itatibus rettuli* = *feliciorem esse te.* Plura exempla congerere facile est.

[4]) p. 12.

[5]) Lectio Vlietii quam ab Elmenhorstio mutuatus est „proximans intulit" responsione rhythmica plane refutatur: sane ut cum Rohdio „proximum" scribamus, sensus postulat; codd. proximam.

quidem ne emendatione quidem vel explanatione perpolire potuisset.[1]) Hic iterum clausularum ratio numerosa consuli debuit:[2])

I 7 cubil*i suo adplicat* = *Et statim miser.* Resp. num.
I 15 antelucio *volo ire* = etiam nunc *semisomnus.* „ „
I 17 altissi*mo somno excussit* = hospi*tes detestantur* = dum im*portune irrumpit.* „ „
I 18 gravi*a somniare autumant* = truces *imagines obtulit.* „ „
I 18 *atque impiatum* = mi*nus temperavi.* „ „
I 20 men*dacio absurdius* — *taedio evasi* I 22 *me opperimino.*
Hic tres clausulae “rhythmicae“ leguntur!
IV 25 *viva exurare* = la*trones consuerunt.* Resp. num.
V 20 *Sic denique altera* = *monstrabimus tibi.* „ „
VII 12 pue*llae ipsius* = praedo*nem famosum.* „ „
IX 5 *sermone accipit* = pate*factis aedibus.* „ „
IX 13 scabi*osa macie exasperati* = tritu*ra continua exulcerati.* „ „

Quantopere interdum nonnullae orationis figurae compositioni numerosae subveniant, iamdudum patet[3]) atque his exemplis Apuleianis illustretur.

Iam Blass ll. cc. annominationem quam vocamus, grave numeri argumentum atque subsidium esse dixit, qua eius vis augeatur,[4]) atque idem egregia annominationis exempla numerosa attulit. Apulei vero Metamorphoses hac locutionis ratione abundant.

---

[1]) Sicuti septem Metamorphoseon locis licenter fecit.

[2]) Cf. exemplum Ciceronianum: Or. Phil. I 38, ubi ter clausula bicretica – ⏑ – – ⏑ ∼ redit:

Mihi fere satis est quod vixi vel ad aeta*tem vel ad gloriam:* |
huc *si quid accesserit,* |
non tam mihi quam vobis reique *publicae accesserit.*

[3]) Cf. potissimum Blass, Rh. d. att. K. p. 134—136.

[4]) Velut in praef. ed. epist. Hebr. p. 7 „Aufserdem auch gehörige Verstärkung des Entsprechens durch Wiederholung gleicher Worte an entsprechender Stelle“.

III 26 ad equum illum vectorem meum probissimum in stabulum concedo, ubi alium etiam Milonis quondam hospitis mei asinum stabulantem inveni.

Responsio exstat aperta:

probiss*imum in stabulum concedo* |
. . . as*inum stabulantem inveni.* |

IV 32 *spectatur ab omnibus* | *laudatur ab omnibus.*

IX 41 annominatio (contendit — contendebant) re vera multum ad hanc seriem numerosam componendam contulit:

ac diebus *pluscul*is *nec vidisse quidem illum hortulanum contendit.* |
contra . . . deli*tescere adiurantes genium principis contendebant.*

Vel senae denae pares syllabae hic repetuntur!

X 34 Postquam finitum est illud Pari*dis iudicium* |
Iuno quidem cum Minerva tristes et *iratis similes* |
e scaena redeunt[1]) |
indignationem re*pulsae gestibus professae* |
laetitiam suam saltando *toto cum choro professa est.*

Annominatio „professae — professa est“ numerosam membrorum compositionem adiuvat.

Porro parechesis (vel assonantia, si voce licet uti) i. e. vocabula pariter sonantia, numerosae scribendi rationi interdum subvenit maioremque vim praebet. Haec vero figura rhetorica, a sophistis libentissime usurpata, ab Apuleio saepe eo perducta est, ut fere id quod nostra lingua „Reim“ nominamus, exsistere videatur: neque raro fit, ut anaphora eo accedat. Velut hoc loco responsio initiorum vel, dummodo unius syllabae longae solutionem concedamus, totorum membrorum, dilucide eminet: – – – – – – ⏑ – ⏑ – (⏑̄⏑̄ –)

---

[1]) Sic! Vlietii coniectura „recedunt“ plane supervacanea est et insignem clausularum inter se responsionem delet: iratis similes | e scaena redeunt.

XI 1 *nunc incrementis consequenter au*(geri), |
nunc detrimentis[1]) *obsequenter im*(minui).

Revera omnia exempla quae parata habeo, proferre non possum, cum et spatii et temporis angustiis premar: haec pauca sufficiant.

II 1 Duodenae pares syllabae repetuntur: ◡ – ◡ ◡ ◡ – – – – – ◡ ∼

boves et id *genus pecua dicturas praesagium,* |
de ipso vero caelo et iuba*ris orbe solito venturum oraculum.*[2])

I 12 Et anaphora (et — et) et similis membrorum structura et parechesis numerum augent atque apertum reddunt:

et praecedentis dicacitatis |
et instantis curiositatis.[3]) } ∼ – – – – – ◡ – ◡ – ∼

III 21 In describenda mutatione Pamphiles leguntur:

promi*cant molles plumulae,* |
crescunt et fortes pinnulae,[4]) |
. . . *fit bubo Pamphile.* } – – – – ◡ –

IV 2 mi*neus color renidebat* | = re*gius nitor relucebat.*
VI 2 *et currum rapacem* | *et terram tenacem.*
VI 28 *quos honores habebo,* | *quos cibos exhibebo?*
VII 6 aerumnas a. ingenio *masculo sustinebat* |
. . . terroribus exan*clatis Zacynthum petebat.*

VIII 12 In oratione Charites iratae plures clausulae assonantes numerose exeunt: – ◡ – ∼ et – ◡ – – ∼.

[1]) Ad conformitatem membrorum funditus efficiendam Metam. editor Bipontinus pro lectione tradita „detrimentis" in textum recepit „decrementis".

[2]) Quo loco Kirchhoffii sententia de elisione quam supra p. 38 sq. copiose refutare conatus sum, egregia responsione numerorum improbatur.

[3]) Sicut in oratione numerosa novissima syllaba anceps ∼ metienda est, (cf. Cic. Or. § 217. Blass, Rh. d. att. K. p. 50 et passim) ita indifferentia syllabae initialis constat, cf. Praef. ed. epist. Hebr. p. 4 „Erstlich die Schlufssilbe ist immer anceps, dann auch die Anfangssilbe, wenn sie nicht den Iktus trägt".

[4]) Similiter III 24 *Nec ullae plumulae* | *nec usquam pinnulae.*

Legimus: „Lumen certe *non videbis,* | manu comitis *indigebis,* | Cha*riten non tenebis,* | nup*tias non frueris,* | *nec mortis quiete* recreaberis | *nec vitae voluptat*e laetaberis.[1]) — tuo luminum *cruore libabo* | et sanctis manibus eius istis *oculis parentabo.*"

X 33 Quid ergo miramini *vilissima capita,* |
immo *forensia pecora.*

Denique aliae proprietates rhetoricae ad Metamorphoseon compositionem numerosam multum attulisse videntur quas quidem Cicero sic delineavit:[2]) „Nam, ut paullo ante dixi, paria paribus adiuncta et similiter definita itemque contrariis relata contraria, quae sua sponte, etiamsi id non agas, cadunt plerumque numerose, Gorgias primus invenit, sed eis est usus intemperantius."

Contraria saepe numero augeri hi loci Metamorphoseon probent:

V 16 Ternae denae syllabae paribus mensuris repetuntur: ◡ ◡ – – – – – – ◡ ◡ – – ◡ ∼

Tunc adulescens *modo florenti lanugine barbam instruens,* |
nunc aetate *media candenti canitie lucidus.*

XI 27 – – – – – – – – – ∼

deae qui*dem me tantum sacris inbutum,* |
at magni . . . Osi*ris necdum sacris inlustratum.*

Concinnitas atque similis structura membrorum, immo totarum sententiarum quam Apuleius ex neosophistarum consuetudine summopere colebat,[3]) dictioni numerosae valde favebant: atque eius tam innumerabilia praesto sunt exempla, ut optima eligere haud facile sit.

[1]) i = i – – – ◡ – ∼.

[2]) Or. § 175 cf. etiam § 65.

[3]) Sane ad Apulei Metamorphoses valent ea quae Norden, De Minucii Fel. progr. p. 16 sic exposuit: „Cuius artis (scil. concinnitatis) quodvis Minucii enuntiatum exempla praebet omnium luculentissima, quin modum ea in re ita excedit, ut circino et regula admotis noctes diesque nihil fere aliud eum egisse existimes, nisi ut verba tornaret derigeretque sententias."

II 29 Anaphora et par ambitus vocabulorum ad similem membrorum constructionem atque eam numerosam accedunt: „*iam* tumore *pectus extolli,* | *iam* salubris *vena pulsari,* | *iam* spiritu *corpus inpleri.*“

Simillime III 18: — — ◡ — — ∼
et XI 3: — ◡ — ◡ ∼

„Tunc decantatis *spirantibus fibris* | litat vario latice, | *nunc rore fontano,* | *nunc lacte vaccino,* | *nunc melle montano* | *libat et mulsa.*“ — „*nunc* albo cand*ore lucida,* | *nunc* crocea *flore lutea,* | *nunc* roseo rub*ore flammida.*“

III 9 et Orci fa*milia numeratus,* |
... in contrariam *faciem obstupefactus.* } c = c.

IV 7 Vel tria membra numerum quodam modo ostendunt:
Etiamne tu busti ca*daver extremum,* |
et vitae dedecus primum, |
et *Orci fastidium solum.*

IV 13 Nam praeter domesti*cis venationibus captus,* |
praeter *largis emptionibus partas.*

IV 26 Tali puel*la sermone deterrita* |
*manumque eius exoscul*ata } c = i.

V 1 Palatium Amoris dei omni apparatu rhetorico depingitur, veluti haec isocola praedita sunt pari numero cuius vis annominatione quadam (pretio — pretiosae) augetur: — ◡ ◡ ◡ ◡ — ◡ ◡ — ∼

Iam ceterae partes ... do*mus sine pretio pretiosae,* |
to*tique parietes solidati* |
massis aureis splendore proprio coruscant.

V 22 cervices *lacteas genasque purpureas pererran*tes |
crinium globos decoriter impeditos.

ubi ternae denae syllabae paribus mensuris exstructae sunt: — ◡ — ◡ — ◡ — ◡ ◡ — ◡ — ∼.

V 28 Haec membra artissime subiuncta rhythmice formata sunt:
non nuptiae coniugales, |
non liberum caritates.

VIII 4 In descriptione apri horribilis haec tria isocola praeter parechesin numerum dilucide ferunt: — — — ◡ — — — — ◡ ∼

setis *insurgentibus spinae hispidus,* |
dentibus *attritu sonaci spumeus,* |
oculis *aspectu minaci flammeus.*

VIII 16 caecae fe*stinationis temeritate* |
ac ... *spreta salubri monitione.*

IX 8 *munificentia publiea saginati* |
vatieinationisque crebris mercedibus suffarcinati,

ubi initium respondet initio — ◡ ◡ — ◡ — — ◡ — ∼.

IX 19 sed quam*quam proeul semotus* |
et domum cele*ri gradu proveetus* | ...

IX 28 His et *pluribus verbis compellatum* |
et insuper *adfatim plagis castigatum* | ...

IX 36 Haec isocola has responsiones egregias continent:
Iamque ad ex*tremam insaniam vaecors,* |
suspendium ... ipsis legi*bus mandarc proclamans.*

Ibidem numerus — — ◡ ◡ ◡ — — — | — — — inde cognoscitur:
passi*ris morsibus alumnatos, laxari*
atque in e*orum exitium inhortatos, immitti.*

IX 39 At meus ad*hue maerore permixtus* |
et alias Lati*ni sermonis ignarus.*

X 6 Conformatio membrorum huic initiorum responsioni subvenisse videtur: — — — ◡ — — ◡ ◡ — —
accusationis manifestis probationibus |
et responsionis meditatis ambagibus.

Item clausularum X 9
compar*are sollicitus* |
centumque aureos solidos *offerens pretium.*

X 12 Ecce pater ... cooperc*ulo capuli remoto,* |
commodum discusso *mortifero sopore.*

X 15 ce*nis inescatus* | et ... ci*bis saginatus.*

Par membrorum structura sine dubio ad hanc responsionem inter clausulam et initium multum contulit ⏑ – – – ⏑ ⏑ ~

XI 3 Ad istum *modum fusis precibus* |
et adstructis miseris lamentationibus.

XI 5 sedatis hiber*nis tempestatibus* |
et lenitis maris pro*cellosis fluctibus.*

XI 7 mari*no rore respersus* | magnisque imperi*is eius intentus.*

XI 12 tantis ex*anclatis laboribus,* | } – – – ⏑ – ⏑ ~.
tot *emensis periculis.* }

XI 19 deae ministeriis adhuc *privatis adpositus* |
contuberniisque sa*cerdotum individuus.*

Satis multis eiusmodi exemplis cognitis dubium esse non potest, quin similis membrorum structura compositioni numerosae saepe succurrat. Sed haec hactenus.

Apparet vim responsionis rhythmicae praecipueque clausularum tum magis eminere, cum vocabula pari ambitu fines obtineant, veluti saepe clausula dichoriaca per unum vocabulum exprimitur cf. IV 29 pervagatur — confluebant — navigabant — negleguntur — adprecantur. Saepe vel plures voces pari ambitu inter se numerose respondent, veluti

I 21 Neque uni*cam pascit ancillam* |
et habitu mendican*tis semper incedit.*

Aut IV 31 ubi haec series parium syllabarum repetitur: – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ~

Per ego te maternae *caritatis foedera deprecor,* |
per tu*ae sagittae dulcia vulnera.*

Ibidem alterum exemplum egregium legitur: – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – – ⏑ ~

alius sub ocu*lis dominae speculum progerit,* |
cur*ru biiuges alii subnatant.*

VII 7 Ad parem vocabulorum ambitum duplex elisio accedit qua responsionis vis augeatur:

adgressurae ple*nam vindictam impetravit* |
. . . *et confestim interivit.*

XI 22 *iam nunc stas otiosus* | *teque ipsum demoraris?*

Praeterea exstant Metamorphoseon loci, ubi auctor, ut rationem scribendi numeris artificiose exornaret, non veritus esse videtur, ne in gratam venustamque vocabulorum collocationem licenter peccaret aut complementa inepta ac supervacanea insereret, ex more sophistarum; conferas enim ea quae Cicero Asianis opprobrio dedit:[1] „Apud alios autem et Asiaticos maxime numero servientes inculcata reperias quaedam verba quasi complementa numerorum".[2])

Saepe quidem, ubi numerus postulabat, Apuleius regulam grammaticam quam nos tirones discimus, periodum aut periodi membra per verbum concludendi,[3]) neglexit, quam quidem ipse plerumque magna diligentia observat, etiamsi notum est apud omnes fere scriptores alias voces crebro in fine periodorum atque membrorum legi variasque causas aliam collocationem nonnunquam effecisse.[4])

Ut igitur clausularum aut totorum membrorum inter se responsionem construeret, nonnunquam legitimae verbi collocationis rationem non habuit, cum non modo substantiva, sed

---

[1]) Or. § 230 sq.

[2]) Cf. etiam Fortunat. p. 128 „ne cessantem numerum verbis inanibus compleamus".

[3]) Volkmann, Rhet. p. 437 „Soweit es irgend angeht, mufs man den Satz immer mit einem *Verbum* schliefsen, cf. Dionys. de comp. verb. V., denn in den Verben liegt die Kraft der Rede. *Zu Gunsten des Rhythmus* kann man indessen von dieser Regel abweichen und sich ein Hyperbaton erlauben".

[4]) Vel Ciceronem numeri gratia in bonam vocabulorum collocationem interdum peccavisse Julius Wolff l. c. sat multis exemplis demonstrare temptavit, cf. p. 672 sqq. caput inscr. „De verborum collocatione a Cicerone clausularum gratia mutata", unde haec affero: „Ubi solitus verborum ordo clausulam (scil. unam ex iis clausulis quas Wolff cum Nordenio rhythmicas appellat cf. p. 21) non efficiebat, verba a Cicerone interdum satis audacter traiecta esse iam Norden obiter p. 214 animadvertit. Quid quod traiectionem interdum adhibuit, ut pro sat bona clausula meliorem nancisceretur?" cf. ibidem p. 592.

etiam pronomina, participia, adiectiva, adverbia in clausulae sede ultima poneret, veluti

I 9 mu*tavit in castorem* | = geni*talium liberat.*

II 16 respi*ciens sorbillat dulciter* | = *frequens alternat poculum.*

IV 23 pauper*tatis necessitas adegit* | } – – ◡ – ◡ – ◡ – ∼
sui *sanguinis redemptionem.* }

VI 23 pro*fecto scitis omnes* | = cohercen*dos existimavi.*

IX 41 egregium exemplum responsionis numerosae tria membra artissime complexae cognoscimus: hic vero primum membrum quinarum denarum syllabarum congruentia cum tertio accuratissime coniungitur: (– –) ◡ – – – – – ◡ – – – – – – ◡ ∼

← in*iecta manu quidam me velut captivum detrahunt* |
capi*te pensurum in publicum deducunt carcerem* |
← summoque *risu meum prospectum cavillari non desinunt.*

X 35 partim voluptario *spectaculo adtonita* |
m. c. liberum tribu*ebatur arbitrium.*

Eodem pertinet quod Metamorphoseon auctor nonnunquam numeri gratia formas quasdam verbales contractas adhibuisse putandus est:[1])

I 4 *devorasse* ac ... *condidisse;*

ubi certe ob responsionem clausularum ditrochaicarum forma contracta perfecti posita est. Item

I 25 me in forum libidi*nis reducens* — nugamenta haec *comparasti?*

Ut clausula cum initiis membrorum subiunctorum numerose congrueret, scriptor pro forma vulgari „exploraveris" usus esse videtur contracta „exploraris": – ◡ ◡ – – – – ∼ c = i = i.

I 3 quae si paulo accu*ratius exploraris,* |
*non modo compertu evi*dentia |
verum etiam[2]) *factu fa*cilia senties.

[1]) Cf. Wolff l. c. p. 665 § 13 De syncopa.
[2]) Similiter II 3 *non modo sanguinis* | *verum alimonia*rum etiam socia c = i. III 11 *Neque tuae digni*tatis | *vel etiam prosa*piae i = i.

XI 15 ad serviles delap*sus voluptates* |
... sinistrum praemi*um reportasti.*

Forma contracta „putarat" procul dubio causa fuit huius egregiae responsionis quae totum membrum et clausulam membri proximi complectitur hoc numero: ◡ ◡ – ◡ – ◡ ◡ ◡ – ◡ – ∼

IX 25 *quod enim putarat ab ea profectum* |
s. sermo*ne salutem ei fuerat imprecatus.*

Similiter IX 26 – – ◡ ◡ – ◡ – – – ◡ ∼

larem m. lupa*nari maculasset infamia,* |
iamque ... prosti*tutae sibi nomen adsciverit.*

Sane huc pertinet quod frequentativum „imperitat" in hac periodo quae duas series rhythmicas exhibet, pro simplici exstat a. – – – – – ◡ ∼ b. – – – ◡ ◡ ∼

V 9 *Iamiam sursum respicit* | et de*am spirat mulier,* |
quae *voces ancillas habet* | et ventis *ipsis imperitat.*

Item usus aliarum formarum contractarum saepe a numero videtur pendere, veluti „nil" pro „nihil". Cf. quae Wolff l. c. p. 663 sq. de hac vocula disputavit.
Affero haec exempla Apuleiana:

IV 7 Quae di*ebus ac noctibus nil quicquam rei* |
quam merum saevienti ventri tuo.

quo loco numerus vel undenas syllabas obtinet: – ◡ – – ◡ – – – – ◡ ∼.

V 13 Horum initiorum syllabae pari metro praeditae sunt: – – – ◡ ◡ – ◡ ∼

Nec quicquam amplius in tuo vultu requiro |
iam nil officiunt mihi vel ipsae nocturnae tenebrae.[1])

Quae praeterea Wolff de aliis formis contractis numeri gratia adhibitis disseruit, veluti „saeclum, prendo etc.",[2]) etsi fortasse quodam modo etiam ad Apulei Metamorphoses applicari

[1]) Nota etiam numerum: *iam nil officiunt — nocturnae tenebrae.* i = e.
[2]) p. 664 sq.

possunt, tamen nimia sunt, quam ut hac dissertatione accurate exponi possint. Iam Havet et Bornecque hanc proprietatem „de la prose métrique“ breviter tetigerunt, deinde multa discas ex disputatione quam Ioannes Schmidt inscr. „Das rhythmische Element in Ciceros Reden“ [1]) instituit, ubi de usu formarum quarundam duplicium,[2]) contractarum,[3]) in „re“ aut „ris“ exeuntium[4]) quibus aut hiatus deleretur aut numerus efficeretur, copiose egit. Unde haec proferam digna notatu: „Mancher sprachliche Ausdruck und manche zweifelhafte Stelle finden durch die rhythmische Behandlung ihre Erklärung. Aber die Leser müssen mitfühlen, was sich nicht immer aussprechen läfst.“

Neque vero dissertationis spatium sufficiat, ut fuse exponam, quid fructus orthographia ex compositione numerosa capiat:[5]) ergo paucis contentus ero.

Ubi numerus postulabat, ut prima syllaba longa esset, Apuleius raras scripturas repperire pro reperire remmanere pro remanere, remmeare, rennuere, reccidere, reccinere, relliquus etc. adhibuisse videtur quales Vliet nonnunquam in textum recepit cf. I 16. IV 4. V 25. X 9 etc. Revera ex libro Luciani Muelleri „De re metrica“ inscripto[6]) scimus formas eiusmodi apud poetas non inusitatas esse et metro saepe postulari.[7])

---

[1]) Stud. Vindob. 1893 p. 209—247.

[2]) velut siqui — si quis; nec — neque; ante — antea; simulac — simulatque.

[3]) velut putassem, putarim.

[4]) velut scripsere, putaris.

[5]) Cf. Wolff l. c. p. 665 sq. § 14 „De syllabarum mensura observationes reliquae“. Hic ille de prosodia quaedam protulit.

[6]) Ed. altera 1894 p. 448 sqq.

[7]) Cf. Zielinski l. c. qui cum Wolffii dissertationem recenseret, usum formarum „relliquus, reccidit“ disquisitione accurata dignum putavit. Etiam Paulus de Winterfeld, „Der Satzschlufs bei Eulogius“ (recens. Philol. 1902 p. 623 sqq.) hanc rem paucis exposuit, unde haec affero p. 624 „Ob Eulogius repperire oder reperire geschrieben hat, wird ungewifs bleiben. VI 14 ist esse reperitur metrisch allein richtig, aber XIII 10 würde man metrisch portio repperitur verlangen. — Hiermit verwandt ist der Versuch, metrischen Satzschlufs durch Einführung des alten red — herzustellen: Skutsch fordert II 4 redducimus und VII 9 relliquias.“ De scriptura „repperire“ cf. F. Neue, Formenlehre der lat. Sprache III³ p. 366, sed Apulei nusquam rationem habuit: repperiantur C. J. L. V 532 col. 2 lin. 14. Forcellini, Lexic. locos contulit, unde scripturae „repperies“ et „repperiens“ firmantur.

Quid ad hanc quaestionem difficilem diiudicandam compositio numerosa afferre possit, ex his exemplis quodam modo elucebit:

VI 2 Scriptura „remmeacula“ in Psyches precibus ad Cererem deam missis hanc egregiam responsionem totorum membrorum ostendit: — — ∪ — — — — ∪ — — ∪ — — — ∪ — ∪ ∪

et *inluminarum Proserpinae nuptiarum demeacula* |
et luminosarum filiae inventionum remmeacula.

Similiter numeri gratia X 15 lectionem „remmanere“ proponam: — — ∪ — ∪ — — ∪ — ∪ — — —

Insoli*ta namque tergoris vastitate commoti,* →
f. prorsus in*tactum cotidie remmanere cernentes* | →
. . . hora consue*ta velut balneas petituri.*

II 9 contra solis ac*iem vegetus fulgurat* | *vel placidus rennitet.*

VII 20 *in proximam casulam vendito* |
miserrimumque *istud magisterium rennuens.*

VIII 5 *Quadrupes reccidens* | qua *sanguis effluxerat.*

IX 1 nihil Fortu*na rennuente* | licet h. n. dexter*um provenire.*

Primam syllabam verbi „reperire“ interdum longam metiri necesse esse haec exempla videntur docere.[1])

IV 1 in hortulis *candens repperirem rosarium* |
erectus in hominem *inspectante nullo resurgerem.*

IV 21 nullam fidem in vi*ta nostra repperiri* |
quod . . . odio perfidi*ae nostrae demigrarit.*

quo loco annominatio (nostra — nostrae) clausularum numerum auget.

VI 12 cum quadruplici repetitione clausulae choriambicae: „Et cum primum mitiga*ta furia* | laxaverint o*ves animum,* | percussis frondibus attigu*i nemoris* | lanosum aurum *repperies.*“

VIII 3 opportunum *repperiret locum* = **c**opia **c**ustodi*entium* ***c**erneret.*

Prosodiam vocabulorum quorundam per se incertam saepe numeri ope aliquo modo statui posse

---

[1]) Ipse Vliet in his quattuor exemplis scripturam „repperire“ in textum recepit!

manifestum est.[1]) Sed ne longus fiam, paucis tantum afferendis acquiesco.

Veluti III 25 numerosa responsio flagitat, ut legamus „unĭus".

ne moram talem *patereris vel noctis unius.* |
sed p. diluculo re*medium festinabitur tibi.*

Contra „ipsīus" metiendum est secundum haec exempla:

IV 3 d. cognit*o cum grandi baculo furens decurrit,* |
. . . *plagis obtundit adusque vitae ipsius* periculum.

ubi c = i – – – – ⏑ ⏑ – ⏑ – – – ~.

VII 12 cognosco . . . praedo*nem famosum* |
sed T. sponsum pu*ellae ipsius.*

XI 23 deducit ad *ipsius sacrarii penetralia.* |
Quaeras forsitan satis anxie.

Ne series numerosa per singula cola accurate perducta interrumpatur, ex analogia vocis „prŏnepos" item legendum esse videtur „prŏnubas", etiamsi nostris libris compendiisque „prōnubas" metiendum esse erudiamur.

VIII 12 „Sic pudicae mulieri tui pla*cuerunt oculi,* | sic faces nuptiales tuos illu*minarunt thalamos.*| Ultri*ces habebis pronubas* | et *orbitatem comitem* | et perpetuae conscienti*ae stimulum.*"

Videmus illam quaestionem quam de vocabulorum quorundam prosodia ancipiti paucis modo illustravimus, dignam esse quae accurata disputatione tractetur. At timeo ne dissertationis spatium nimis transgrediar: itaque pergamus.

Deinde aliud commodum numeri praecipueque responsionis clausularum memorandum est: iamdudum enim a philologis cognitum est[2]) rhythmum arti criticae persaepe subvenire quo lectiones codicum aut fulciantur aut improbentur

[1]) Cf. Wolff l. c. § 14 ubi de voculis „eius, huius, ipsius, mihi, tibi, quasi" etc. agitur.

[2]) Havet, Rev. de phil. 1893 p. 33 sqq. in Ciceronis „Oratore" multas et bonas coniecturas numero adiutore proposuit; Meyer G. G. A. 1893 I p. 26; Bornecque, Prose métr. § 412 p. 203; passim Wilamovitz, item Blass, Rh. d. att. K., Jhb. 1902 p. 725, Ed. epist. Hebr. praef. p. 6 „Von grofsem Einflufs ist natürlich auch die Textgestalt auf die Rhythmen, und die Rhythmen müssen auf die Textgestalt von Einflufs sein mehr als irgend welche Hss. oder canones"; J. Wolff l. c. p. 676 sqq. Cap. VII De crisi.

aut facile corrigantur.[1]) Quamobrem nonnulli viri docti, imprimis Frid. Blass in novissimis editionibus oratorum Graecorum, velut Lycurgi, tum in recentissima editione epistulae ad Hebraeos, elocutionis numerosae diligenter rationem habuerunt. Tamen in hac re cavendum est, ne numero nimis indulgeamus neve in eo quaerendo ad nimium progrediamur, cum non ubique plane manifestum sit quo loco scriptor numero studuerit quo non. Nempe Metamorphoseon singuli libri aut singula capita non pari modo speciem rhythmicam praebent quam quidem Apulei variabilitatem atque inconstantiam iam animadvertimus.[2]) Quantopere vero numerosa Metamorphoseon compositio arti criticae succurrere possit, ex multis locis intellegemus quos rhythmo adiutore a coniecturis, potissimum Vlietianis, aut defendere aut emendare temptavi.

Aliud quoque est quod ex dictione numerosa discere ac proficere liceat: saepe enim, ubi ob parem scripturam tempus formarum quarundam verbalium haud concise dinoscere possumus, numerus nobis subsidio est: conferas velim quae iam Bornecque[3]) de hoc magno commodo notavit: „La prose métrique peut aider aussi à l'interprétation du texte. Elle permettra souvent de distinguer p. e. les formes 'consequĕre' du présent et 'consequēre' du futur, 'vĕnit' et 'vēnit' etc."

Quae res his locis Metamorphoseon probetur:

II 3 cum parechesi „admodum — ad domum".

paucis *admodum confectis passibus* |
*ad domum Byrrhaenae pervĕni*mus.

ubi c = i – ⏑ – – – – – – ⏑ ~.

III 16 non tam ex conformitate temporis verbalis quam ex clausularum inter se responsione licet concludere formam „invenit" hoc loco esse adscribendam praesenti, non perfecto:

me . . . colli*gentem tonsor invĕnit*
et . . . adreptam *inclementer increpat.* } – – – ⏑ – ⏑ ~

[1]) Havet l. c. p. 33 „La métrique de la prose permet souvent de critiquer la critique, de plus, elle peut révéler des fautes inaperçues."

[2]) p. 32.

[3]) Prose métrique de la corresp. de Cic. § 415 p. 205.

III 29 seri*o tamen subvĕnit,* | ad auxilium ci*vile decurrere* | et interposito venerabili *principis nomine.*

vel VIII 23 cf. p. 33! vel XI 16:

iam ripam maris *proximamus* | atque ad ipsum illum locum . . . *pervĕnimus.*

Nunc postquam de variis proprietatibus compositionis numerosae satis instructi videmur iamque multa eius exempla cognovimus, conducat perscrutari non singulos Metamorphoseon locos numerosissimos, sed nonnulla tota capita, ut dictionem rhythmicam fere ubique studiosissime ab auctore perductam esse inde intellegamus. Ipsum vero primum totius operis caput, ne in eligendo nimis anxius videar, mecum velim perquiras, etsi id certe non ita numero abundat ut multae aliae partes libri, neque plane sincere traditum est. Legimus

I 1 At (ut) ego tibi . . . varias fabu*las conseram* |
aurcsque tuas . . . lepido susurro *permulceam.*

Ac non multo infra earundem clausularum inter se responsio recurrit: *exordior* — pau*cis accipe.* Similiter in proxima periodo: feliciori*bus conditae,* | mea vetus *prosapia est.* Si vero lectio Vlietii „quis ille (ego) paucis accipe“ quam „ex vetere coniectura“ sumpsit, recta est, hic in clausulis numerus elucet:

quis ille *ego paucis accipe.* |
me*a vetus prosapia est.*

Sequitur haec sententia numerose formata: „Ibi linguam Attidem primis pueritiae stipendiis merui, mox in urbe Latia advena studiorum, Quiritium indigenam sermonem aerumnabili labore, nullo magistro praeeunte, aggressus excolui.“

Hic per denas syllabas numerus perductus est: ◡◡——— ◡—◡◡∼

primis pue*ritiae stipendiis merui,* |
n. magistro *praeeunte aggressus excolui.*

Confer paulo infra: Fab*ulam Graecanicam incipimus.* Tum repetitione clausulae: „*excolui* — praefa*mur veniam*“ responsio aliquantum patet.

Bene vero metrum clausulae et initii inter se congruunt:

mox in urbe La*tia advena studiorum,* | } ◡—◡—◡◡——
*Quiritium indigenam ser*monem . . . }

Denique triplex consensus numerosus in fine capitis statuendus est:

siquid exotici [1]) | } —◡——◡∼
ac si . . . rudis lo*cutor offendero.* }

Cf. infra: Lector in*tende laetaberis.*

I 2 Haec periodus capitis alterius, simili membrorum structura praedita,[2]) numero abundat:

„*Postquam ardua montium* | }
et lubrica vallium | } ——◡◡—◡∼
et roscida cespitum | }

et glebosa camporum emersi, me equo indigena peralbo vehens, iam eo quoque admodum fesso, ut ipse etiam fatigationem sedentariam incessus vegetatione discuterem, in pedes desilio, equi sudorem fronde curiose exfrico,[3]) auris demulceo,[4]) frenos detraho, in gradum lenem sensim proveho, quoad lassitudinis incommodum alvi solitum ac naturale praesidium eliquaret.“

Membra paria ac concinna libenter numeroso vinculo arte coniungi iam vidimus exemplisque probavimus; hic numerus exstat eiusmodi: vegetatione *discuterem,* | in pedes *desilio,*

equi sudorem fronde cur*iose exfrico,* |
au*ris demulceo,* |
frenos detraho |
in gradum lenem *sensim proveho.*

[1]) Vel numerus clausularum Vlietii additamentum „sonuero“ per se incertissimum, refellere videtur.

[2]) Cf. p. 39 sqq.

[3]) Vliet in orthographia parum constantem se praestitit, confer.: e*xf*rico I 2 e*ff*rico I 7 e*cf*rico IV 7; vel a*gg*ressus I 1 a*dg*ressi IX 36; vel nu*b*tialis VI 10 nu*p*tialis VI 24 etc.

[4]) Ne insignis cursus numerosus deleatur, pro lectione tradita „rĕmulceo“ (nisi fortasse „rēmmulceo“ legendum est cf. p. 46 sq.) lenem mutationem „dēmulceo“ in quam Blass benigne me convertit, proponere non vereor. Quippe verbum „demulcere“ de equis dicitur Liv. IX 16 „dorsum demulceatis cum ex equis descendetis“ (cf. etiam Terent. Heaut. IV 5. 14 „caput demulceo“.)

Iam in proximo enuntiato huic conclusionum responsioni occurrimus: *duobus comitum* | qui forte paululum praecesserant, | ter*tium me facio.*

Maiore etiam studio Apuleius clausularum numerum tum coluit, cum orationes quasdam inducit: tum enim altera illarum clausularum inter se respondentium in exitu periodi orationem inducentis, altera in fine eius orationis aut in exordio membri cuiusdam illius sermonis exstat, veluti

I 2 alter exer*to cachinno*: „Parce" inquit „in verba ista haec tam absurda tamque immania *mentiendo.*"

Melius exemplum statim initio capitis sequentis legitur:

I 3 At *ille qui coeperat:* Ne „inquit" istud mendacium tam verum est, quam si *quis velit dicere* | magic*o susurramine* etc. Atque eadem numeri ratio apparet ibidem: Tunc ego in ver*ba fidentior:* „Heus tu ... ne pigeat te vel taedeat reli*qua pertexere.*"

Hac occasione data liceat multa exempla illius numeri congerere quem potissimum in orationum exordiis scriptorem observasse contendi: cui tabulae commentario opus non est.

I 12 *Infit illa cum gladio:* | „Hic est soror Pan*thia carus Endymion.*"

I 21 (Insigne exemplum.) *Ad haec ego risum subicio:* |
„Benigne" *inquam „et prospicue* |
De*meas meus in me consuluit.*"

I 23 meque ... adrep*ta lacinia detrahens:* |
„Adside ... supellecti*lem parare nobis licet.*"

I 25 cf. p. 44

I 26 *et residenti:* „Quam salve agit" inquit „*Demeas noster?*"

II 11 cum *ecce iam vespera* | lucernam *intuens Pamphile:* |
„Quam largus" inquit „imber ad*erit crastino*".
Ibidem: Milo *risu secutus:* „... candela*bri contuetur.*"

II 13 Ad *haec renidens Milo:* „... hic *iste Chaldaeus est.*"

II 15 devorato *pudore ad Milonem aio:* | } ⏑ — — ⏑ — — ⏑⏑
„Ferat suam Dio*phanes ille fortunam.*" }

II 23 Nota triplicem consensum numerosum:
demonstrat matronam flebilem fus*ca veste contectam,* | *quam propter adsistens:* | „Hic" inquit „auctoratus ad custodiam mariti tui *fidenter accessit.*"

II 25 Deni*que sic ad illam:* | „... ad tui similes mas*culos recondis.*"

II 26 venti*labam attonitus:* „Immo" *inquam „domina*". |

II 28 Ergo i*gitur senex ille:* | „Veritatis arbitrium in divinam providen*tiam reponamus.*"

II 29 sed aliquanto prophe*ta commotior:* „Quin refers" ait „po*pulo singula.*" Ibidem cum duplici responsione:

Suscipit *ille de lectulo* | et imo cum gemitu po*pulum sic adorat:* | „Malis novae nuptae peremptus artibus | et addictus *noxio poculo* | torum tepentem adul*tero mancipavi.*"

II 30 Nam rursus *altius ingemescens:* | } — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑
„... alius nemo cog*noverit indicabo.*" }

III 7 At tunc sic *tacitus mecum:* | „... reus ca*pitis inducor.*"

III 11 Ad haec dicta ser*monis vicem refero:* | } — — ⏑ — ⏑ ⏑ ⏑⏑
„... honorum talium pa*rem gratiam memini.*" }

III 12 et procul perhor*rescens etiam ipsam domum eius:* | } !
„... praesens iussis tu*is obsequium commodare.*" }

III 25 percussit faci*em suam manibus infestis* | et: } !
„Oc*cisa sum misera*", *clamavit.* }

IV 23 sic *adloquuntur:* | „... necessi*tas adegit.*"

V 18 voce substre*pens sic ad illas ait:* |
„... non videntur mihi *mendacium fingere.*"

V 27 caeca *spe tamen inhians:* | } — ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑⏑
„... et tu Zephyre *suscipe dominam!*" }

V 29 iam inde a fori*bus quam maxime boans:* | „... bonaeque tuae *frugi congruentia.*"

VI 4 sese Iuno cum totius sui numinis augusta dignitate prae*sentat et protinus:* | „... praestare *me pudor non sinit.*"

VI 5 Psyche ... tota spe *salutis deposita,* | }
sic ipsa suas cogita*tiones consuluit:* | } ⏑ — — — ⏑ ⏑⏑
„Iam quae possunt ... ad*hiberi subsidia.*" }

VI 10 *sic ad illam:* „Videris ... amatores tuos *promereri.*"

VI 11 Ve*nus infit talia:* | *„Videsne illud nemus* | quod fluvio praeterluenti ripisque lon*gis attenditur.“*

VI 23 Ultima fabulae Psyches verba haec exempla numeri perspicua continent:

1. ◡ – – – – ◡ ◡ ∼ Et ad Ve*nerem conlata facie:* | „... de matrimon*io mortali metuas.“*

2. – – ◡ ◡ – – ◡ ∼ por*recto ambrosiae poculo:* | „... sed istae vobis e*runt perpetuae nuptiae.“*

VI 29 sic in animo meo tacitus *expostulabam:* | „Quid facis in*felix puella?* Cur fes*tinas ad Orcum?“*

VI 30 Sed unus e numero *sic appellat:* „... Larvasque *formidatis?“*

Ibidem: qui *me retraxerat:* | „... ambu*lare nesciunt.“*

VI 31 placido ser*mone sic orsus est:* | „... ac ne meae quidem mo*destiae congruit.“*

VII 12 contempta mea praesenti*a quasi vere mortui:* |
„Bono animo es“ in*quit „Charite dulcissima“.*

VII 23 Sed quidam de coetu *illo rusticorum:* | „asi*num sic enecare* | et ... tam necessari*o carere.“*

VII 25 ille fidem hominum deumque *detestabatur:* | *„Quid me raptatis?“*

VIII 25 Egregium numeri testimonium: – ◡ ◡ ◡ – – – ∼
cognito cavilla*tu similis indignanti:* |
„At te ... Ve*nus domina caecum reddant.“*

IX 6 Additamento preti*i laetus maritus:* | „Et quis est ille“ ait „qui *tanto praestinavit?“*

IX 7 sed ex*urgens alacriter:* | „Vis“ inquit „verum scire *mater familias?“*

IX 17 illa uxor *subiciens:* | „... condiscipul*am memoras.“*

IX 23 animo sus*pirans adsidue:* | „... fu*ga me proripui.“*

IX 28 nates *eius obverberans:* „Tu autem ... mulieres adpetis *atque eas liberas.“*

X 3 sic eum *breviter adfatur:* | „... et salus unic*a mihi tute ipse es.“*

X 11 *Tum medicus:* | *„Non patiar“* inquit „hercules *non patiar.“*

X 15 attoni*tus sic effatur:* | „... tandem *Luci venisti.“*

Post hoc florilegium quod ob certum genus clausularum numerosarum demonstrandum inserui, redeamus eo ubi p. 51 substitimus, in percensente capite altero.

I 2 „Immo vero“ inquam „impertite sermone non quidem curiosum, sed qui velim scire vel cuncta vel certe plurima: simul iugi quod insurgimus aspritudinem fabularum lepida iucunditas levigabit.“

In his paucis verbis satis multa ob numerum notabilia exstant:

im*pertite sermone* | c.
... *sed qui velim scire* | c. } – – ◡ – – ∼
vel cuncta vel certe plurima. i.

Praetera clausula et initium has pares syllabas praebent: imper*tite sermone* | *non quidem curi*osum.

Denique pari numero hi exitus praediti sunt:

sermone *non quidem curiosum* |
... lepida iu*cunditas levigabit.* } – ◡ – – ◡ – ∼

De insigni exemplo numeroso quod in capite tertio legitur, confer pag. 44.

I 4 Et ecce pone lanceae ferrum[1]) qua baccillum inversi teli ad occipitium per ingluviem subit, puer in mollitiem decorus insurgit inque flexibus tortuosis enervam et exossam saltationem explicat cum omnium qui aderamus admiratione.

Ter pares numeri, bis in clausulis, semel in initio membrorum cognoscuntur: c = c = i.

et ecce *pone lanceae ferrum* |
... in mollit*iem decorus insurgit* | } – ◡ – ◡ – – ∼
*inque flexibus tortuo*sis ...

---

[1]) Initium versus iambici.

Itaque vel ex initio Metamorphoseon numerosam scriptoris compositionem aliquo modo licet intellegere: neque vero nimium est contendere eam fere ex unoquoque capite libri elucere. Quia autem ingenti numero exemplorum impedior, ne singulos locos quos rhythmice formatos esse perspexi, afferam neve diligenter perscruter — spatium centum paginarum non sufficeret — nonnullos optimorum eligam, ubi numerus per multas syllabas perductus est. Atque in ea re ordinem singulorum Metam. librorum servabo et breves responsiones rhythmicas quae tantum quaternas, quinas, senas syllabas complectuntur, plane omittam.

I 6 At *tu hic larvale simulacrum* | } c. ∼ – – – ⏑ ⏑ ⏑ – ∼
cum summo dedecore nostro viseris. } i.

9 iam octo annorum *onere misella illa* | } c. ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – ∼
*velut elephantum pa*ritura distenditur } i.

14 legimus: „Commodum limen evaserant | et fores ad pristinum statum integrae resurgunt, | cardines ad foramina resident,[1]) ad postes repagula redeunt, | ad claustra pessuli recurrunt.“

Haec periodus binarum clausularum responsionem duplicem continet atque eam tam artificiose complicatam, (respice etiam parechesin et parem singulorum membrorum structuram) ut prima cum quarta, secunda cum tertia metrice congruat a . b . b . a.

a) – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ∼
b) – – ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ∼

fores ad pristi*num statum integrae resurgunt,* |
cardi*nes ad foramina resident,* |
ad *postes repagula redeunt,* |
ad *claustra pessuli recurrunt.*

[1]) Numerus hanc scripturam fulcire videtur quae ab omnibus fere Metam. editoribus — Vlietio excepto — recepta est: scimus enim verbum „resideo“ intransitivum, si hac voce licet uti, persaepe ex transitivorum more adhibitum esse cf. Forcellini Lex. Quo accedit, quod aliis Metam. locis verbum „rĕsĭdērĕ“ eandem significationem habet atque verbum „rĕsīdĕrĕ“, veluti XI 13 „venter obesus residet“ quem locum Vliet exemplo Luetjohanni frustra emendare studuit, cf. etiam IX 11. 33. III 16.

In verbis quae sequuntur, numerus lectionem traditam „perlĭtus“ ab illa coniectura supervacanea „perlūtus“ quam Vliet ab Oudendorpio mutuatus est, tuetur.[1]) Legimus:

„At ego ut eram etiam nunc humi proiectus, inanimis,
nudus et frigidus | et *lotio perlitus,* |
quasi recens ute*ro matris editus,* | immo ve*ro semimortuus.*“

Liceat hoc loco ad demonstrandam responsionem binorum vel initiorum vel clausularum nonnulla exempla afferre, unde hoc numeri genus in Apulei Metamorphosibus saepe statui posse intellegas: praeter locum modo tractatum iam supra p. 45 exemplum eiusmodi vidimus (V 9).

I 26 tandem patitur cubitum concederem. Evasi aliquando rancidi senis loquax et famelicum convivium somno, non cibo gravatus, cenatus solis fabulis et in cubiculum reversus optatae me quieti reddidi.

1 a) i = i – – ⏑ ⏑ – ∼ b) c = c ⏑ – – – ⏑ ∼
2 a) c = c ⏑ – ⏑ – ∼ b) c = c – – – ⏑ ∼

1. *tandem patitur cu|bitum concederem.* |
Evasi aliquando . . . fame*licum convivium.*

2. somno non *cibo gravatus* | cenatus *solis fabulis,*
et in cubi*culum reversus* | o. me qui*eti reddidi.*

II 15 sauci*o da veniam* | maturius con*cedam cubitum,* |
et cum dicto facesso | et cubicu*lum meum contendo* |
atque illic deprehendo e. dispositio*nes satis concinnas.*[2])

II 17 Nec mora cum, omnibus illis cibariis vasculis raptim remotis, laciniis cunctis suis renudata, crinibus quam dissolutis ad hilarem lasciviam in speciem Veneris quae marinos fluctus subit, pulchre reformata, paulisper etiam glabellum feminal rosea palmula potius obum*brans dĕ industria* quam te*gens verecundia.*

[1]) Cf. adnotationem sagacem quam Hildebrand in Metam. editione ad hunc locum adiecit, qua codicis lectio commendetur.

[2]) a. b. a. b. Respondent membr. = i – – – – ⏑ – ∼ et c = c – ⏑ – – – ∼

cibariis *vasculis raptim remotis* | l. su*is renudata,* |
crinibus quam dissolutis | . . . pulc*hre reformata.*[1])

II 22 Nec satis quisquam defin*ire poterit,* |
quantas latebras ne*quissimae mulieres* |
pro libidine sua comminiscuntur.[2])

IV 18 clavique subtrac*ta fores ianuae repandit* | c.
nobisque promp*te convolantibus* | c.
et domus alveo receptis | membr.
demonstrat horreum.[3]) „

V 11 Ac sic parentes quoque | redulcerato rursum dolore, | raptim deserentes | vesania turgidae | domus suas contendunt | dolum scelestum, | immo vero parricidium struentes | contra sororem insontem.

Haec periodus has quattuor varias series compositionis numerosae summa arte inter se complicatas continet:

1. — — ◡ — — — ◡ ~ { *Ac sic parentes quoque* | / *vesania turgidae* |

2. — — — ◡ — ~ { redulcera*to rursum dolore* | / *raptim deserentes* |

3. — ◡ — — — — ~ { do*mus suas contendunt* | / con*tra sororem insontem* |

4. ◡ — ◡ — ~ { *dolum scelestum* | / i. v. parrici*dium struentes.*

VII 13 *Procurrunt parentes* | *affines clientes*[4]) | al*umni famuli,* | *laeti faciem* | gaudi*o delibuti.*

[1]) a. b. a. b. a) — ◡ — — — ◡ — ~ c = membr. b) — ◡ — — ~ c = c.

[2]) Initium totius periodi cum clausula numerose congruit: — ◡ — — ~ (Nec satis quisquam — comminiscuntur.). Praeterea c = i — ◡ — ◡ ◡ ◡ ~ (nequissimae mulieres — pro libidine sua).

[3]) a. b. a. b. a = — ◡ — — ◡ — ◡ — ~, b = — — ◡ — ◡ ~

[4]) Nota parechesin. a. a. b. b. a. a = — — — ◡ — ~ b = — — ◡ ◡ ~

IX 8 Paucul*is ibi diebus commorati* |
et munificentia public*a saginati* |
vaticinationisque crebris merce*dibus suffarcinati* |
purissimi il*li sacerdotes* |
novum quaestus genus sibi *comminiscuntur.*[1])

I.

Post hanc digressionem revertamur ad rem propositam, ad congerenda singula exempla numerosa primi Metamorphoseon libri.

I 14 si resistere vir tantus *mulieri nequibas:* | c.
*sub oculis tuis h*omo iugulatur . . . i.

20 sed ut*cumque fata decreverint* | c.
ita cuncta mortalibus provenire. i.

His locis initiorum numerus apparet:

22 *et ianuam firmiter op*pessulatam | i.
*pulsare vocaliter inc*ipio.[2]) i.

23 *sarcinulas hospitis sus*ceptas . . . i.
ac simul ex promptuario[3]) . . . i.

23 et hospitem meum per*duc ad proximas balneas:* | c.
satis arduo itinere atque *prolixo fatigatus est.* c.

II.

1. Contemplari conducit artificiosam dictionem numerosam qua prima totius libri periodus praedita est: „Ut primum nocte discussa | sol novus diem fecit | et somno simul emersus et lectulo | anxius alioquin et nimis cupidus | cognoscendi quae rara miraque sunt, | reputansque me media Thessaliae loca tenere, | quo artis magicae nativa cantamina | totius orbe consono ore celebrentur.“

[1]) a. b. a. b. b. a = ◡ — — — ◡ — ~ b = — ◡ — — ~

[2]) — — ◡ — — ◡ ◡ — ~

[3]) — ◡ ◡ — — ◡ — ~

1. *nocte discussa* | } c.
novus diem fecit | } c. — ◡ — — ∼

2. *emersus et lectulo* | } c.
nativa cantamina | } c. — — ◡ — — ◡ ∼

3. anxius alio*quin et nimis cupidus* | } c.
quae rara miraque sunt | } c. — — ◡ — ◡ ◡ ∼
(*repu*)*tansque me media* . . . } i.

4. Thessa*liae loca tenere* | } c.
cons*ono ore celebrentur.* } c. ◡ — ◡ ◡ ◡ — ∼

5 Paene tota membra numerose inter se respondent: ◡ — — ◡ ◡ — — — — — ◡ ∼ (duodenae syllabae!)

Serit blanditias, invadit spiritum, |
amoris *profundi pedicis aeternis alligat.*

6 i = c — — ◡ ◡ — ∼

et prorsus in ipsum barathrum saltu conci*to praecipitare.*

membr. = c — — — ◡ ◡ — ◡ ∼

et „salve“ propere addito | ad Milonis hospiti*um perniciter evolo.*

7 fo*res Milonis accedo* | c.
et . . . in sen*tentiam meam vado.* c. — ◡ — ◡ — — ∼

9 Quinquies pares syllabae initiales in membrorum subsequentium initiis occurrunt: — — — — ◡ ∼

*et contra solis a*ciem v. —[1])
aut in contrariam gratiam —
*et nunc aurum corus*cans —
*nunc corvina nigre*dine —
*vel cum guttis Ara*bicis —

13 i = i — — — — — — —

immo vero mercedes opimas iam consecutus |
fortunam scaevam an saevam verius dixerim . . .

Ibidem dubia lectio quaedam „accessit eum“ clausularum inter se responsione probari videtur: — ◡ — — ◡ ◡ ∼

---

[1]) et contra solis aciem = vel cum guttis Arabicis: — — — — ◡ ◡ ◡ ∼

Cerdo quidam nomine negoti*ator accessit eum* |
diem commodum peregri*nationi cupiens.*

14 c = c ◡ — ◡ — — — ◡ ∼

Quodcunque . . . beni*volentia contraximus,* |
id omne latro*cinalis invasit manus.*

Paulo infra:

sensit impru*dentiae suae labem,* |
cum . . . in clarum cachin*num videret effusos.*

20 qui cunctorum obsti*natione confusus* | in*digna murmurabundus* | cum vellet exurgere.

22 Tria membra pari clausula — ◡ ◡ ◡ ∼ exstructa sunt: primum vero membrum eandem numeri seriem praebet atque secundum: — — — ◡ — ◡ ◡ ◡ ∼

Ehem *et quod paene praetericram,* | →
siqui non integrum *corpus mane restituerit,* | →
quidquid inde decerptum diminu*tumque fuerit.*

23 luculentam *proferens faciem* | }
meque respiciens.[1]) } — ◡ — ◡ ◡ ∼

24 Totum membrum iisdem mensuris conformatum est quibus initium proximi: — — — ◡ — — ◡ — ∼

in qua tot iugis iam diebus |
ne fumus quidem visus est ul(lus).

27 et manibus am*babus invadens torum* | } c.
voce contenta quidem | } membr. — ◡ — — — ◡ ∼

Emedita*tis ad haec illa fletibus,* | } c.
quamque sanctissime pote(rat) } i. — ◡ — — ◡ — ◡ ∼

29 *Tunc uxor egregia* capit p. a. | } i.
et mente sacrilega c. m. r. a. } i. — — ◡ — ◡ ◡ ∼

32 *Dumque iam iunctim* proximamus, | } i.
ecce tres quidam vegetis — } i.

---

[1]) Numero lectio „respiciens“ commendari videtur.

III.

3 Liceat afferre locos quosdam qui numerosam compositionem capitis tertii dilucide illustrent: hic enim contra Lucium accusator quidam publicus exsurgit.[1])

*Neque parva res ac prae*cipue pacem civitatis respiciens | et exemplo serio *profutura tractatur,* | Quirites sanctissimi. (i = c ∼⏑–⏑––∼) Qua*re magis congruit* | *sedulo singulos* atque universos vos pro dignitate publica providere, | ne nefarius homicida | tot caedium lanienam, | quam *cruenter exercuit,* | *impune commiserit.*[2])

Paulo infra hoc exemplum numeri legimus: ∼⏑⏑–⏑⏑–––∼

conscientia tanti *facinoris merito permotus* | c.
. . . in domum qu. *praesidio tenebrarum elapsus.* c.

Ibidem i = membr. –⏑–––––⏑⏑∼
in domum quandam praesidio —
perpetem noctem delituit.

5 *Sic salvi recedemus,* | } membr.
*si salvum in domo nemi*nem reliquerimus.[3]) } i. –––⏑––∼

6 *certa manu percussum* | } membr.
feliciter prosterno. } membr.

7 risu ca*chinnabili diffluebant.* | } c.
risu *maximo dissolutum.* } c.

8 *Post haec magistratus* qui na*tu maior adsurgit* et . . .
quod serio vindicandum est, | membr.
nec ipse qui com*misit potest diffiteri.* c.

14 i = i ––––⏑–––⏑(–⏑–––⏑∼)[4])
*nulli me prorsus ac ne ti(bi quidem ipsi adseve*ranti —)
*quod tu quicquam in meam cogi(taveris pernici*em).

[1]) Orationes forenses ex sophistarum consuetudine quam numerosissime plerumque formatas esse satis constat cuius rei Apulei Apologia testis egregius est: scriptorem enim ipsum summa cum laude in foro versatum esse iam supra p. 26 commemoravi.

[2]) Respice quadruplicem repetitionem clausulae bicreticae.

[3]) Hic annominatio quam vocamus, numero quodam modo subvenit. Alia exempla eiusmodi cf. p. 36 sq.

[4]) Eousque numeri cursum extendere licet (quem uncis seclusi) dummodo „tibī“ ex poetarum more legamus.

15 Sed melius de te *doctrinaque tua praesumo,* | c.
*qui praeter generosam nata*lium — i.

16 Tres periodi subsequentes per eandem clausulae formam –––⏑–⏑⏑⏑ concluduntur:

ca*pillamenta surripere — te constanter obiciam* —
capillos abscondi*tos iratus abripuit.*

24 cutis tenella du*ratur in corium* | et in extimis palmulis | *perdito numero* | toti digiti coguntur in singulas ungulas | et de spinae meo termino | e. q. s.

et nares hiantes *et labiae pendulae,* | c.
Sic et aures immodicis *horripilant auctibus.* c.

Vel c = i –⏑–––⏑⏑–––⏑∼
na*res hiantes et labiae pendulae.* | c.
*Sic et aures immodicis horripi*lant auctibus. i.

26 membr. = i ∼–––⏑–⏑–⏑–⏑∼
verentes scilicet cibariis suis |
*vix me praesepio videre proximan*tem.

27 *cantherium patiemur* istum — i.
nunc etiam simulacris deorum — i.

28 Tunc opu*lentiae nimiae nimio* | c. } –⏑–⏑⏑–⏑⏑–
nos duos asinos et equum meum — i. }

Ibidem c = i ––⏑–––––⏑––⏑–
Quo *passim recluso totas opes* ***e****vehunt* |[1])
raptimque constrictis sarcinis singuli partiuntur.

29 *Cum denique iam luce clarissi*ma | vicum quenpiam frequentem et nun*dinis celebrem praeteriremus* | etc. i = c ∼–⏑⏑––⏑––∼

Ibidem i = i = c ––––––⏑––∼
*Nam cum multas villulas et ca*sas amplas —
in quo praeter ceteras gratas herbulas |
rosae virgines *matutino rore florebant.*

[1]) Numerus lectionem „evehunt“ quam Vliet pro tradita scriptura „vehunt“ recepit, aperte commendat.

IV.

1 c = i – – – – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – – – ⏑ ∼
de *iumenti quadripedis incurro gradu* |
*rursum erectus in hominem inspectante nul*lo r.

4 rivulum quendam serpentis leniter a*quae propter insistens,* | subtilem occasionem *feliciter nactus.* |
ceteris iu*mentis distributuros* | c.
meque . . . vulturi*is praedam relicturos.* c.

10 c = i – – – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ∼
immissa ma*nu claustrum evellere gestiebat.* |
*Sed dudum scilicet omnium b*ipedum . . .

Ibidem totum membrum initio membri proximi numerose respondet: – – ⏑ ⏑ – – – – ⏑ ∼
et singula rerum sentiens, |
*lenem gradum et obnixum silen*tium tolerans |

12 iactare *similiter destinaret,* | c. } ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ – ∼
genibus eius profusa | c.

13 *Quis tantus ingenii,* | } – – ⏑ – ⏑ ⏑ ∼
qui singulas species —

Ibidem: *Qui praeterea numerus* | } – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ∼
Nam praecipuo studio |

15 *Thrasyleon factionis optione de*lectus |
ancipitis machinae subirit aleam |

ubi initium primi membri paribus mensuris praeditum est atque totum membrum insequens: ∼ ⏑ ⏑ – – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ∼
16 e suis locu*lis adnumerari.* | *Tunc ut novitas consuerit* |
. . . *multi numero mirabun*di bestiam confluebant.

Hic elucent hae responsiones: – – ⏑ ⏑ – ∼ c = i.
– – ⏑ ⏑ – – – ∼ membr. = i.

Ibidem clausularum numerus egregius exstat: ⏑ – – ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ∼
impetu *minaci frequenter inhibebat.* |
. . . Democh*ares ille saepe celebratur.*

C = i: quod post tantam cladem fe*rarum novo proventu* | *quoquo modo fortunae* resisteret.

17 An ignoras | *hoc genus bestiae lucos consitos* |
*et specus roridos et fontes amoe*nos —

Membrum = i – ⏑ – – ⏑ – – – – ⏑ –

21 *Nec tamen nostri sermonis* artes — i.
quippe quidam procurrens e domo — i.

Ibidem paulo infra c = i: casum generos*o rigore tolerans* | *gloriam sibi reser*vavit.

22 fauces di*utina fame saucias* | c.
et aranean*tes valenter exerceo.* c.

23 i = c – – ⏑ – ⏑ – – ⏑ ∼
aegerrime tamen digrediens |
rivu*lo proximo sitim lenio.*

c = i – ⏑ – – ⏑ – – – – ⏑ ∼
immo *factionis suae cunctis viribus* |
*unicam virginem filo libera*lem —

c = i – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ∼
ta*men sine mora parabunt* |
*scilicet idoneam su*i sanguinis r.

26 Ex hoc capite numerosissime composito haec exempla liceat afferre:

Speciosus adulescens *inter suos principalis,* | c.
quem filium publicum omnis sibi civitas — i.

mundo nuptiali decenter ornabat | i. c.
*mellitisque savi*is crebriter ingestis | i.
iam spem f. l. votis anxiis propagabat. c.

non caedi, non rapinae manus adferunt | i.
*sed denso conglobatoque cu*neo — i.

31 et in pulchritudinem contuma*cem severiter*[1]) *vindica* | c.
idque unum et prae omnibus *unicum volens effice:* | c.

[1]) Pro „severiter" in codice legitur „reverenter" quae quidem lectio ab Hildebrandio (cf. adnotationem) probata atque recepta est. At recte iam Brantius nixus duobus locis Apuleianis (Met. II 27 severiter vindicate III 3 severiter vindicaretis) quae lectio responsione accurata clausularum valde commendatur.

32 Membrum = clausulae – – ⏑ – – – – – ⏑ – ∼

Olim duae maiores sorores, |

qua*rum temperatam formonsitatem* | n. d. p.

Initium = initio – – – – – – – ⏑ ∼

Sic infortunatissimae filiae m. pater |

suspectatis caelestibus odiis |

33 i = i – – – – – – – – – ∼

Maeretur fletur lamentatur diebus plusculis. |

Sed dirae sortis iam urguet taeter effectus.[1])

c = c – – ⏑ – – – ⏑ – ∼

Sic ad*fectae domus triste fatum* |

cuncta eti*am civitas congemebat.*

34 festino[2]) felices *istas nuptias obire,* | c.

festino g. illum *maritum meum videre.* c.

V.

1 Iamque sufficienti *recreata somno* | *placido resurgit* animo (c = i).

4 Totum membrum cum ultima parte sequentis numerose congruit: ⏑ – – – ⏑ ⏑ – – – – ⏑ ∼

et uxorem sibi Psychen fecerat |

et ante lu*cis exortum propere discesserat.*

5 *opem salutarem ferre* | membr.

ac ne videre *eas quidem omnino posset.* c.

6 „Sed pri*us*“ *inquit* „*centies moriar* | c.

quam t. i. dulcis*simo conubio caream*“. c.

9 Sermones sororum invidiosarum Psyches, etsi plerumque cotidianam dicendi rationem olent, tamen interdum numero abundant veluti in his verbis:

En orba et saeva et iniqua Fortuna! Hocine tibi complacuit, ut utroque (pari) parente prognatae (tam) diversam sortem sustineremus et nos quidem, quae natu maiores sumus,

1) Cf. p. 26.

2) Nota anaphoram numero faventem cf. p. 38.

maritis advenis ancillae deditae, extorres et lare et ipsa patria degamus longe parentum velut exulantes, haec autem novissima, quam fetu satiante postremus partus effudit, tantis opibus et deo marito potita sit, quae nec uti recte tanta bonorum copia novit? Vidisti, soror, quanta in domo iacent et qualia monilia, quae praenitent vestes, quae splendicant gemmae, quantum praeterea passim calcatur aurum.

Percipe has structuras rhythmicas: ter clausulam – ⏑ – – ∼

En orba *et saeva et iniqua Fortuna!* | c. }

ut *utroque parente prognatae* | c. } – – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ∼

diversam sortem *sustineremus,* | c.

et nos quidem | quae *natu maiores sumus,* | c. }

maritis adve*nis ancillae deditae,* c. } – – – – – – ⏑ ∼

degamus lon*ge parentum* | velut *exulantes,* |

haec autem novissima | quam ... pos*tremus partus effudit,* | ... deo marito potita sit, | quae ... bo*norum copia norit?*

quae praenitent vestes, | }

quae splendicant gemmae. | } – – ⏑ – – –

12 c = i – – – – – – – ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –

Sed iam *pestes illae taeterrimaeque furiae* |

*et festinantes impia celerita*te navigabant.

14 i = c ⏑ – ⏑ – ⏑ – – –

*Jugum sororium conspon*sae factionis, |

ne *parentibus quidem visis* |

Ibidem i = c ∼ – ⏑ – ⏑ ⏑ – – – – – – –

*Nec immemor Zephyrus regalis edic*ti |

... sus*ceptas eas gremio spirantis aurae* |

15 Denae pares syllabae haec initia inter se respondentia reddunt: – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ – ∼

*dissimulanter occipiunt scis*citari, |

qualis ei maritus et unde natalium |

Ibidem: Nec sermone isto tantillum morata | *rursum opiparis muneri*bus eas onustas | vento*so vehiculo reddidit* (i = c – ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑).

16 c = membr. – – – ◡ – – ◡ – – – – ∾ (11 syll.)
mendacio *istam pessimam feminam confinge(re)* |
vel formam mariti sui nescire.

17 i = i = c (–) – ◡ – – ◡ – – ∾
*Nunc recordare sortis Py*thicae, | i.
quae te trucis bestiae nupti — i.
is destinatum esse clamavit. c.

Ibidem: Et multi coloni *quique circum secus venantur* |
et *accolae proximi viderunt.*

19 *nudatum sororis animum* | facineros*ae mulieres,* | omissis *tectae machinae latibulis* | etc.

20 Tria membra per idem metrum concluduntur: – ◡ – ◡ – – ∾

Secundum vero cum tertio numerossime congruit: – ◡ ◡ – ◡ – ◡ – – ∾

Quoniam *nos originis nexus* |
pro t. incolumitate pe*riculum quidem nullum* |
ante ocu*los habere compellit.*

22 Per u*meros volatilis dei* | pinnae roscidae | *micante*[1]) *flore candicant,* | et quamvis alis quiescentibus | extimae plumulae | tenellae ac delicatae | tremule resultantes inquieta lasciviunt.

23 c = i – – ◡ – – – – ◡ – ∾
et ma*riti sui miratur arma,* | c.
depromit unam de pharetra sagittam. i.

Ibidem tota membra pares mensuras praebent: – – ◡ – – – – ◡ ◡
Sed dum bono tanto percita |
quod tale corpus contingere |

24 Nec deus amator | hu*mi iacentem deserens* | *involavit proximam* cupressum (c = i – ◡ – – – – ◡ ∾).

25 c = i – – – ◡ ◡ – – ∾
et utpote adulescentem deli*catum luxuriosumque* c.
*blandis obsequiis prome*rere. i.

[1]) Numeri gratia „micante“ pro lectione tradita „micanti“ legam cf. in eodem Met. capite „fulgurante, splendente“.

27 i = i – – – – ◡ – – – ∾
Nec vindictae sequentis poena tardavit. |
Nam Psyche rursus errabundo gradu —

VI.

2 m = c *Ain Psyche miseranda!*
Totum per orbem Venus an*xia disquisitione* |

Preces quas Psyche ad Cererem deam mittit, dictionem numerosam bene demonstrant[1]), velut:

et uberi fletu rigans deae vestigia |
humumque verrens crinibus suis |
ubi i = m ◡ – ◡ – – – – ◡ – ◡ –

3 Etiam verba quae deae responsum continent, digna sunt quae numeri gratia afferantur: ◡ ◡ ◡ – – ◡ ◡ ∾

Tuis q. lacrimosis *precibus et commoveor* |
et *opitulari cupio.*

Aut: Decede itaque dĕ istis *aedibus protinus* | et … *optimi consule.*

4 c = i qui *te iam nuptam Tonantis* | *et reginam deorum* memorat.

7 Ternae denae pares syllabae, subsequentium membrorum fines obtinentes, Metamorphoseon ῥυθμόν optime illustrant: ◡ ◡ – ◡ – – ◡ – – – – – ◡ ∾

Tunc se pro*tinus ad Iovis regias arces dirigit* |
et petitu su*perbo Mercuri,* | d. v., *operae necessariam usuram petit.*

10 dissi*tisque generibus* | e conspectu per*niciter abeunt.*[2])

11 c = i – – ◡ – ◡ – ◡ ∾
totumque revincta *corpus rosis micantibus* |
visaque diligentia miri laboris.

12 c = i ∾ – ◡ ◡ – – ◡ – – – – – ◡ ◡ ∾ (14 syll.)
Sed in*de de fluvio musicae suavis nutricula* |
*leni crepitu dulcis aurae divinitus in*spirata.

[1]) Alia exempla ex eodem Met. capite deprompta cf. p. 38 et p. 47.
[2]) Cf. p. 27.

13 *Nec me praeterit huius* quoque — i.
*Sed iam nunc ego sedu*lo periclitabor | i.

14 At illa studi*ose gradum celerans* | c.
montis ex*tremum petit cumulum.* | c.

15 deique numen in uxoris la*boribus percolens,* | alti culminis di*ales vias deserit* | et ob os puel*lae praevolans incipit*:

At tu simplex ali*oquin* | *et expers rerum talium,* |
... vel unam stillam posse fu*rari* | *vel omnino contingere.* |

20 Quater numerus – ◡ – ◡ ◡ ∼ membris infixus est:
Sic turris *illa prospicua* | c.
vaticinationis *munus explicuit.* | c.
et spretis tex*tricum subdolis precibus* | c.
do*mum Proserpinae penetrat.* | c.

22 Interea Cupido amore nimi*o peresus* | et aegra facie, | matris suae repentinam sobrietatem *pertimescens* | ad armillum redit, | a*lisque pernicibus* caeli penetrato vertice | mag*no Jovi supplicat* | su*amque causam probat.* | Tunc Juppiter prehensa Cu*pidinis buccula* | manuque ad os suum relata | consaviat atque sic ad illum. |

23 deos omnes ad conti*onem protinus convocare* |
ac siqui coe*tu caelestium defuisset* | ... *pronuntiare.*

Ibidem membrum = clausulae – ◡ – – – – ◡ – ∼

Psyche et immortalis esto | m.
nec u. digredietur *a tuo nexu Cupido.* | c.

26 Duo membra plane rhythmice inter se consentiunt: ∼ – – – – – – – – ◡ ∼

Nec magno conatu res indiget. | m.
Vides istas rupinas proximas | m.

27 C = m ◡ ◡ – – ◡ – – – – – ∼

auxilium va*lidioris manus implorare.* | c.
nisi sola illa virgo captiva. | m.

Ibidem c cum i egregie congruit: – ◡ ◡ – – – – ◡ ◡ ◡ – ∼

Ex*torto etenim loro manibus eius* — c.
*me placidis gannitibus ab impe*tu — i.

29 *Asino vectore virgo* regia | *fugiens captivitatem* (i = c).

30 tui pe*des fugere possunt.* | c. } – ◡ ◡ ◡ – ∼
Pegasi vince*bus celeritatem.* | c. }

VII.

1 *Ut primum tenebris* abiectis | dies inalbebat | i.
et candidum *solis curriculum* | cuncta conlustrabat, | c.
quidam de numero latronum pervenit.

5 c = i – – – – ◡ – – – ◡ – ∼
nescio an *ulli praesentium comparandum* |
*nam praeter ceterum corporis mo*lem —

Ibidem: *Nec me putetis egenum* |
*Nam praefui validissi*mae manui

7 Egregium exemplum compositionis numerosae quod undenas syllabas complectitur, legitur: – – ◡ ◡ ◡ – – – – – ◡ ∼

Tantum pot*est nutus etiam magni principis.* | c.
mediis Or*ci faucibus ad hunc vasi modum.* c.

10 Contemplare hanc periodum: Sed in diutina deliberatione | ceteri cruciantes mora consilii mea praecordia, | immo miserum spiritum, | libentes tandem novicii latronis accedunt sententiae | et protinus vinculis exsolvunt virginem.

c = c: consili*i mea praecordia* | } – ◡ ◡ – – ◡ ∼
im*mo miserum spiritum* | }

c = c – ◡ – – – – – – ◡ ∼:
novicii la*tronis accedunt sententiae* |
et protinus *vinculis exsolvunt virginem.*

13 *Totis ergo prolatis era*tisque rebus | i.
*et nobis auro argentoque et ce*teris onustis | i.

14 Exitus membri respondet toti membro insequenti: – – ◡ – – – – ◡ – ∼

Exin me su*um sospitatorem nuncupatum* |
matrona prolixe curitabat.

19 c = i – – – ◡ – – ∼
plagis *compellebar ad cursum.* |
Nec quicquam videbatur aliud cogitare —

22 c = m – ⏑ – ⏑ – – – – – ⏑ ∼
ipse etiam pastor*alis exsecutor sententiae* |
laetus et meis insultans malis |

23 adhibit*a tali detestatione* | mansue*tos ac mansues exinde factos* | c = c – – – – – – – ⏑ – ∼

24 *lorum quo tenebar rumpo* | meque protinus *pernici fugae committo* (m = c).

28 manibus e*ius fustis esset clapsus.* | c.
Tunc de . . . cita fa*tigatione conquesta.* | c.

VIII.

2 *Jamque sermonibus assiduis* |
. . . sese paulatim *nescius praecipitaverat.* |

Hic vero insignis responsio inter periodi initium et finem statuenda est: – ⏑ – – – ⏑ ⏑ – ⏑ ∼

6 *Ad hunc modum definito* iuvene | i.
At ille quanquam perfecto voto | i.
civitas cuncta vacu*atur studio visionis.* | c.
Et ecce mariti cadaver accurrit | i.

Sed a. manibus erep(ta suorum) *invita remansit in vita*[1]), | funus . . . prosequente (populo) | *deducitur ad sepulturam.* Duo igitur tota membra hoc loco paribus mensuris repeti videmus: – – ⏑ ⏑ – ⏑ – – ∼

9 Sed illa clementer aspernata sermo*nem Thrasylli* | c.
astuque miro *personata* | m.
instanter *garrienti* | summisseque *deprecanti.* |

10 tacit*us fores meas accedas* | c. } – ⏑ – ⏑ – – – ∼
u*noque sibilo contentus* | c.

11 c = i ∼ – – ⏑ ⏑ ⏑ – – – ∼:
cap*tiosa vigilia deceptus* | *inrepit cubiculum pronus spei.* |

17 *et cuiuscemodi vocibus* nobis inhortantur, | i.
*qui praeter genuinam fero*citatem — i.

[1]) Nota annominationem „invita — in vita".

19 „Interea quidam senex de summo colle prospectat, | quem circum capellae pascentes opilionem esse profecto clamabant. Eum rogavit unus e nostris haberetne venui lactem." Unde hic numerus est notabilis:
de *summo colle prospectat,* | c.
*quem circum capellae pa*scentes | i.
capellae pascentes = profecto clamabant (c = c).
Eum ro*gavit unus e nostris* | c.
habe*retne venui lactem* | c.

20 con*sectatur adripere,* | delapsus *in proximam foveam.*

21 c = i ⏑ – – – – – ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ∼
canitiem dis*trahentis totos quidem miseruit.* |
Sed unus prae ceteris et animo fortior —

26 i = c – ⏑ – – ⏑ –:
Haec et huiusmodi mutuo blaterantes | praesepio me *proximum deligant.*

27 Inspice hunc egregium cursum numerosum per denas syllabas perductum: m = c – – – ⏑ – – – – ⏑ ⏑ ∼
Nec paucis pererratis casulis | m.
ad q. villam pos*sessoris beati perveniunt.* | c.
Ibidem: cervices *lubricis intorquentes motibus* | c.
morsib*us suos incursantes musculos.* | c.

28 i = i – – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ∼:
*Specta denique quale caele*sti providentia —
Infit vaticinatione clamosa —

29 pinguissimum *deposcunt arietem* | qui Deam . . . suo sati*aret sacrificio.* |
prob*eque disposita cenula* | c.
balneas obeunt ac dehinc lauti | i.

30 deamque votivo susci*piens hospitio* | nos omnis intra conseptum domus *amplissimae constituit* | *numenque summa vener*atione . . . placare contendit (c = i).

IX.

5 lascivi*a famigerabilis* = ad opus sus*ceptum proficiscitur* (c = c).

11 beatitu*do duravit ulterius,* | sed … *matutinus adstituor.*

12 *postposito cibo qui copiosus* aderat, |
inop*tabilis officinae disciplinam* | … arbitrabar.
i = c – ◡ ◡ – ◡ – – – – ◡ – ~

20 *Jamque nocte promota* | m.
*Commodum novis ample*xibus A. r. litabant | i.

22 i = i ◡ ◡ – ◡ ◡ ◡ – ~ :
temerarius adulter adventat, |
*puer ad modum et adhuc l*ubrico —

25 re*motaque cavea* | *producit hominem* |

26 c = m ~ – ◡ – – – – – – – :
At *ille utpote intercepta cena* | *profugerat prorsus ieiunus.* |

27 m = i ~ – – – – ◡ ◡ ◡ – – ◡ ◡ ~ :
exsangui pallore trepidantem puerum |
serena fronte et propitiata facie commulcens |

Ibidem egregia inter initia membrorum subiunctorum responsio legitur: ◡ ◡ – – – – – – – – ◡ ~
n e c *agresti morum squalore pra*editus |
n e c *ad exemplum naccinae trucu*lentae —

30 *dominum vocabant* | *operique supple*mentum postulabant (c = i). Ibidem c = c ◡ – – – – ◡ ◡ ◡ ~
Nec usquam *reperta illa muliere* |
vident … exa*nimem pendere dominum.* |

33 iam *fesso equo deverterat* | receptusque *comiter pro tempore* |

35 m = c – – – – – – – ◡ ~ :
accurrit quidam servulus |
… illi fun*dorum clades adnuntians.* |

37 *Nec tamen eorum* ferociam … expug*nare potuere* (i = c).
Ibidem c = c – – – ◡ ◡ – – ◡ – ~ :
lapidi*bus crebris in eum velitantur.* |
… alterum *per pectus medium transadegit.* |

IX 40 sublimem elatum ter*rae graviter adplodit,* |
et … e*tiam de via lapide correpto* |
totam faciem *manusque eius et latera converbe*(rat.) |

41 i = i – – – ◡ – – – – – – ~
*qui nos ilico occultari nunti*aret. |
Tum commilitones accersitis magistratibus mentiuntur. |

X.

1 ipse ad *praepositum suum,* | … sollici*te proficiscitur.*

3 *voce trepida sic e|um breviter adfatur* (i = c).

4 marito *miris persuadet artibus* | c. }
ad l. dissi*tas festinare villulas.* | c. } – – – – – – – ◡ ~

7 i = c – – – – – ◡ ◡ – ◡ ~ :
Nec tantillum cruciarius ille —
quasi vera adse*verare atque adserere incipit.* |

8 orificium ur*nae manu contegens,* | nequis *mitteret calculum* temere, haec ad *ordinem pertulit.* |

11 S e d s i v e r e *puer meis* temperatum manibus — i.
Q u o d s i v e r e *peremptus est,* |[1]) — membr.

12 *qui momento modico,* | *immo puncto exiguo.*

13 i = c – – ◡ – – – ◡ ◡ ◡ ~ :
Nam vespera post opiparas cenas —
… mei so*lebant reportare domini.* |

14 Vel undenae pares syllabae ~ – ◡ – – – – ◡ – ◡ – ~ hanc responsionem efficiunt:
At ubi fidu*cia latendi pleniore capta* | c.
partes opimas quasque devorabam. | m.

16 *Quidam denique praesens* scurrula: |
*Quod dictum dominus se*cutus: |

17 *verbis nutum commodare,* | *ut quod nollem relato* | e. q. s.
Ibidem c = c – ◡ ◡ ◡ – ◡ – ~ :
ciliis alterna coni*vens bibere flagitarem.* |
Atque haec omnia *perfacile oboediebam.* |

---

[1]) Numerus hic anaphora et annominatione augetur: alia exempla congessi p. 36 sqq.

18 legimus hanc periodum: *Sed prius est* | ut vobis quod initio facere *debueram*, | vel nunc sal*tem referam*, | quis iste vel unde fuer*it Thiasus* | — hoc enim nomine meus nuncupaba*tur dominus*.

Singula membra has structuras rhythmicas praebent:

a) quod *initio facere debueram* |
quis *iste vel unde fuerit Thiasus*. |

b) vel *nunc saltem referam* |
. . . meus nuncu*pabatur dominus*. |

Exstat igitur duplex atque complicatum genus responsionis numerosae[1]), nam consentiunt inter se syllabae membri primi et tertii, item secundi et quarti:

quod *initio facere debueram*, | vel *nunc saltem referam*, |
quis *iste vel unde fuerit Thiasus* | . . . nuncu*pabatur dominus*. |

24 dehinc *detestari*, | dehinc *crudelissi*mis laqueis mortis insidiari (m = i).

25 medicus **p***oculum* ***p****robe temperatum* | *manu sua* ***p****orrigebat*.[2])

26 c = m – ◡ – ◡ – – ∼ et m = c – – – – – – ∼ et c = c ∼ ◡◡ – – – – ◡ ∼

a) et obstinationibus eius multum *ac diu fatigata* |
tandem abire concessit. |

b) *enarratis cunctis*, | ad *uxorem mandato*, |

c) saltem p. mercedem mor*tis geminatae deposceret*. |
Sic . . . spectatissimus *medicus effundit spiritum*. |

29 Creticis[3]) hic locus abundat ob responsionem notabilis: nimirum tota membra pari numero praedita sunt: – – ◡ – – ◡ – – ◡ – – ◡ ∼

iam gemmulis floridis cuncta depingeret, |
quae me priori meo Lucio redderent. |

Similiter ibidem: – – ◡ – ◡ ∼
et commodum dir*rupto spineo tegmine* | c.
spirantes cinnameos *odores promicarent rosae*. | c.

[1]) Exempla eiusmodi congessi p. 56 sqq.
[2]) Nota allitterationem quam vocamus.
[3]) Cf. p. 15 sqq.

Dies ecce mu(*neri*) *destinatus aderat:* ad conseptum ca(*veae*) *prosequente populo* | pompatico furore deducor. | Bene initium cum fine eiusdem enuntiati congruit: – – – ◡ – – ◡ – ∼

Ac dum ludicris scaenicorum choreis | i.
primiti*ae spectaculi dedicantur*. | c.

i = i – ◡ – – – – ◡◡ – – ∼:
*nunc in obliquam seriem conne*xi |
*in catervae discidium sep*arati. |

30 *sublimi instructus fabrica*, | consitus virec*tis et vivis arboribus* (m = c).

31 At pone tergum tibicen Dorium ca*nebat bellicosum* | c.
et permiscens bombis gravibus *tinnitus acutos*. | c.
in modum tubae saltationis agilis vi*gorem suscitabat*. | c.

32 c = c ∼ ◡◡ – ◡ – – ◡ ∼:
Quibus spectatorum *pectora suave mulcentibus* |
— et sensim adnutante *capite coepit incedere*. |

35 partim voluptario *spectaculo adtonita* | meis cogitationibus liberum tribu*ebatur arbitrium* (c = c).

XI.

1 commodum marinis e*mergentem fluctibus* |
nanctusque opacae noctis sil*entiosa secreta*, |
certus eti*am summatem deam* |
praecipua maie*state pollere* |
resque *prorsus humanas* | e. q. s. a. b. a. b. b.

Ibidem: *meque protinus puri*ficandi — i.
septiesque summerso fl. capite | i.

2 Ex precibus Lucii haec sumpta sunt numerum demonstrantia:

ista luce femine*a conlustrans cuncta moenia* | →
et udis ignibus nutri*ens laeta semina* |
et solis ambagibus *dispensans incerta lumina* | →

Tu meis iam nunc *extremis aerumnis subsiste*, | c.
tu fortunam conlapsam adfirma, | m.
*tu saevis exanclatis casi*bus — i.

3 *quae longe longeque etiam* meum — i.
quae circumcirca remeans | et m.

4 *Pedes ambroseos* | *tegebant soleae* | palmae victricis foliis intextae.

6 cu*ius beneficio* redieris *ad homines*.

7 gaudio nimio *permixtus exsurgo* | *summeque miratus* deae . . . praesentiam. | (c = i)

12 *religionis quietus tur*baretur ordo, | i.
sed placido ac prorsus humano gradu — i.

14 c = c – – ◡ – – ◡ – ◡ ◡ ~:
unde no*vae vocis exordium caperem.* |
quantisque verbis *tantae deae gratias agerem.* |

15 Sacerdotis oratio sollemnis numerum bene ostendit:
*magnisque Fortunae tem*pestatibus | i.
*et maximis actus p*rocellis | i.
Aut: nec tibi *natales ac ne dignitas quidem,* | c.
vel ipsa qua *flores usquam doctrina profuit.* | c.
ubi denae syllabae pares repetuntur.

Quo tamen tutior sis *atque munitior,* | . . . et ministerii iugum sub*i voluntarium.* |

17 quem cuncti *grammatea dicebant,* | c.
pro foribus assistens | e. q. s. m.
i = c – – – ◡ – – ◡ – ~:
Exin gaudio delibuti populares |
thallos *verbenas corollas ferentes.* |

24 sed *tandem deae monitu,* | licet non plene ta*men pro meo modulo* | e. q. s.

25 Quantopere in precibus Lucii numerus cultus sit, haec exempla docent:
Tuo nutu spirant flamina, | i.
Tuam maiestatem perhorrescunt — i.

---

[1]) Cf. exempla p. 56 sqq. Hic respondent inter se: a. b. b. a. a = – – – ◡ ◡, b = – ◡ – – ◡ ◡

Ibidem duplex ratio compositionis rhythmicae exstat[1]):
Tuo nutu *spirant flamina,* | *nutriunt nubila,* |
germinant semina, | *crescunt germina.* |

perhorresc*unt aves caelo meantes,* | c. } – ◡ – – – ◡ – ~
beluae ponto natantes. | m.

26 *Ecce transcurso signife*ro circulo | i. } – ◡ – – – – ◡ ~
Sol *magnus annum compleverat.* | c.

27 *Ac dum religiosum scrupulum* | . . . sacra*torum consiliis examino.* | m = c – – – ◡ ◡ – – – ◡ ~

30 gregi cete*ro permixtus deservirem,* | c.
. . . inter ipsos decurion*um quinquennales adlegit.* | c.

Hoc florilegio copioso exemplorum rhythmicorum adfixo, ad finem dissertationis progressi, si summam eorum quae exposuimus, complectimur, facere non possumus, quin Apuleium per omnes Metamorphoseon libros compositionem numerosam diligenter coluisse concedamus. Id autem expressis verbis notandum est scriptorem licentissime frequenti numeri repetitione plerumque abusum elegantiae artisque oratoriae terminos esse transgressum: nam cum alii scriptores auribus vix sentientibus numeros inseruerint, Apuleium minime cavisse vidimus, ne rhythmum primo auditu patefaceret, ut re vera numerosae compositionis arte gloriatus esse videatur. Ego quidem contentus ero, si ad studia quae de dictione rhythmica scriptorum veterum ad hunc diem parcissima exstant[1]), hac dissertatione pauca contulero.

---

[1]) Cf. Blass, Rh. d. att. K. p. 186 in adnotatione. Norden A. K. praef. p. VIII.

Vita.

Natus sum Adolphus Carolus Ernestus Schober Halis a. 1874 die 11 m. Maii patre Ernesto quem a. 1888 acerbitate fati mihi praereptum valde doleo, matre Augusta e gente Kind adhuc superstite. Fidei addictus sum evangelicae.

Postquam primordiis litterarum et Halis et Lipsiae, quo cum parentibus puer transmigravi, instructus sum, ab anno 1884 gymnasium regium Lipsiense adii, cuius tum rector, Ric. Richter († 1901) non tam egregius philologus quam praeclarissimus paedagogus, de me optime meritus studium antiquitatis excitavit. Maturitatis testimonium adeptus in numerum civium academiae Lipsiensis referendum me curavi ibique studiis imprimis philologis et archaeologicis incubui. Atque docuere me viri illustrissimi atque humanissimi:

Barth, Biedermann, Brugmann, Cichorius, Fricke, Gardthausen, Hartmann, Hofmann, Holz, Immisch, Kretzschmar, Lipsius, Overbeck, Paul, Ribbeck, Richter, Schneider, Schreiber, Settegast, Sievers, Strümpell, Studniczka, Volkelt, Wachsmuth, Wenck, Wolff, Wundt, Zarncke.

Fui sodalis ordinarius:

proseminarii philologi moderante Immisch per bis sex menses;
seminarii philologi modd. Lipsius Ribbeck Wachsmuth per ter sex menses;
seminarii archaeologici mod. Overbeck per bis sex menses, mod. Studniczka per semestre spatium;
seminarii historici mod. Wachsmuth per ter sex menses, mod. Cichorius per bis sex menses;

seminarii paedagogici mod. Richter per biennium:
seminarii francogallici mod. Hartmann per semestre.

Atque admiserunt me benigne:

ad Graecam societatem antiquariam Lipsius per biennium;
ad societatem philologam Ribbeck per semestre:
ad societatem philologam Zarncke per semestre;
ad societatem historicam Gardthausen per semestre;
ad societatem archaeologicam Schreiber per ter sex menses;
ad exercitationes archaeologicas Schreiber per biennium:
ad exercitationes archaeologicas Schneider per ter sex menses.

Studiis academicis fere absolutis acerbissimo morbo bronchiali et nasali afflictus per multum temporis studia intermittere coactus sum: deinde recreatus variis peregrinationibus terminos scientiae litterarumque amplificavi, postea et Lipsiae in schola quadam et in castello Silesiano (Koppen quod prope Brieg situm est) praeceptoris paedagogique publici atque domestici munere functus sum: praeterea variis studiis praecipueque poetarum epicorum Romanorum incubui quae in librum congesta postea edam.

Quantum vero omnibus quorum scholas audivi, et gymnasii et universitatis litterarum praeceptoribus debeam, nunquam reminisci desinam: potissimum autem manes Overbeckii Ribbeckii Richteri qui viri studia mea semper benevolentissime foverunt, pie colam. Quam maximam vero gratiam me Friderico Blass habere libenter profiteor, quippe qui mira adversus me benignitate huius dissertationis patronus comis atque liberalis exstiterit.

Druck von Ehrhardt Karras, Halle a. S.